










KL Januarius habet dies xxxi.
Luna uero xxx. Nox habet
horas xvi. Dies uero viii.
a Januarii. Circumcisio dni.
b. iiii. Nonas Octaua sci stephani.
c. iii. no. Octa sci Johis.
d. ii. no. Octa innocentu.
e Nonis.
f. viii. Idus. Epiphania dni.
g vii. id.
a. vi. id.
b. v. id.
c iiii. id. Pauli primi heremite.
d iii. id. Igini pp. et m.
e ii. id.
f. Idibus.

g xix. kl. februarij.
a xviij. kl.
b xvij.
c xvi. Antonij. abbatis.
d xv. kl.
e xiiij. kl.
f xiij. kl. Fabiani ⁊ sebastiani. m̄r.
g xij. kl. Agnetis. virg. ⁊ m̄r
a xj. kl.
b x. kl.
c viiij. kl.
d viij. kl. Conuersio sci pauli.
e vij. kl.
f vj. kl.
g v. kl.
a iiij. kl.
b iij. kl.
c ij kl.

KL Februarius habet dies .xxxviij. Luna xxviiij. Nox habet horas .xiiij. Dies vero .x.

d. Februarij.
e iiij. Nonas. Purificatio sce marie.
f iij. no. Sci blasij. epi. et m.
g ij. no.
a Nonis. Agathe. v. et m.
b viij. Idus
c vij. id.
d vj. id.
e v. id. Apollonie. v. et m.
f iiij. id. Scolastice virg.
g iij. id.
a ij. id.
b Idibus.
c xvj. kl marcij. Valentini psbi. et m.

d	xv.	kl.	
e	xiiij.	kl.	
f	xiij.	kl.	
g	xij.	kl.	
a	xi.	kl.	
b	x.	kl.	
c	viiij.	kl.	
d	viij.	kl.	Cathedra sancti petri.
e	vij.	kl.	Vigilia.
f	vj.	kl.	Sci mathie apli.
g	v.	kl.	
a	iiij.	kl.	
b	iij.	kl.	
c	ij.	kl.	

KL Martius habet dies xxxj.
Luna xxx. Nox habet dies
xij. Dies uero xij.
d Martij.
e vj. Nonas.
f v. no.
g iiij. no.
a iij. no.
b ij. no.
c Nonis. Sci thome de aquino. cf.
d viij. Idus.
e vij. id.
f vj. id. Gorgonij. m.
g v. id.
a iiij. id. Sci. gregorij. pp.
b iij. id.
c ij. id.

d Idibus.
e xvij. kl.
f xvj. kl.
g xv. kl.
a xiiij. kl.
b xiij. kl.
c xij. kl. Benedci abbis.
d xj. kl.
e x. kl.
f viiij. kl.
g viij. kl. Annuntiatio scē marie uirg.
a vij. kl.
b vj. kl.
c v. kl.
d iiij kl.
e iij kl.
f ij. kl.

KL Aprilis habet dies xxx.
Luna xxviij. Nox habet
horas x. Dies uero xiiij.
g Aprilis.
a. iiij. Nonas.
b iij. no. Theodosie. uirg.
c ij. no.
d Nonis.
e viij. idus. Marine. uirg.
f vij. id.
g vj. id.
a. v. id.
b iiij. id.
c iij. id. s. Leonis. pp. et conf.
d ij. id.
e Idibus.

f xviij. kl. madij.
g xvij. kl.
a xv. kl.
b xiiij. kl.
c xiij. kl.
d xij. kl.
e xj. kl.
f x. kl.
g viiij. kl.
a viij. kl. Sci georgij. iij.
b vij. kl.
c vj. kl. Sci marci euãgeliste.
d v. kl.
e iiij. kl.
f iij. kl.
g. ij. kl. Petri martiris.
a. ij. kl.

KL Madius h̃t dies xxxj. Luna. xxx. Nox habet horas viij.
Dies uero. xvj.

b Madij.
c vj. Nonas. Athanasij. epi. et cf.
d v. no. Inuentio sc̃e crucis.
e iiij. no.
f iij no.
g ij. no. Sci iohis apli añ portã latinã.
a Nonis.
b viij. Id9. Apparitio bti michaelis archãgeli.
c vij. id9.
d vj. id9.
e v. id9.
f iiij. id9.
g iij. id9.
a ij. id9. Bonifatij. iij.

b ·Idibus.
c xvij. kl. Junij.
d xvj. kl.
e xv. kl.
f xiiij. kl. ·Potentiane· v.
g xiij. kl.
a xij. kl.
b xj. kl.
c x. kl.
d viiij. kl.
e viij. kl.
f vij. kl. Eleutherij. pp et m.
g vj. kl.
a v. kl.
b iiij. kl.
c iij. kl.
d ij. kl.

KL Junius habet dies .xxx.
Luna xxix. Nox habet ho-
ras vi. Dies uero xviij.

e Junij.
f iiij. Nonas. Sci marcelli iij.
g iij. no.
a ij. no.
b Nonis.
c viij. Idus.
d vij. id.
e vj. id.
f v. id. Primi et feliciani. iij.
g iiij. id.
a iij. id. Barnabe apli.
b ij. id.
c Idibus. Antonij. cf. ordinis minor.

d xviij. kl. Julij.
e xvij. kl.
f xvj. kl.
g xv. kl.
a xiiij. kl.
b xiij. kl. Geruasij et prothasij. iij.
c xij. kl.
d xj. kl.
e x. kl. Paulini epi et conf.
f viiij. kl. Uigilia.
g viij. kl. Natiuitas sci Johis baptiste.
a vij. kl.
b vj. kl.
c v. kl.
d iiij. kl. Uigilia
e iij. kl. Apostolorum petri et pauli.
f ij. kl.

KL Julius habet dies xxxj. Luna xxx. Nox habet horas viij.
Dies uero. xvj.
g Julij.
a vj. no. Visitatio bte marie virg.
b v. no.
c iiij. no.
d iij. no.
e ij. no.
f Nonis.
g viij. id.
a vij. id.
b vj. id.
c v. id. Sij. pp. 7 iij.
d iiij. id.
e ij. id. Anacleti. pp 7 iij.
f Idibus. Quirici. iij.

g ·Idibus.
a xvij. kl'. Augusti.
b xvj. kl'.
c xv. kl'.
d xiiij. kl'.
e xiij. kl'. Margarite virg'. et m'.
f xij. kl'.
g xj. kl'. Marie magdalene.
a x. kl'.
b viiij. kl'. Vigilia.
c viij. kl' Iacobi apli.
d vij. kl' s. Anne.
e vj. kl'.
f v. kl'.
g iiij. kl'. s. marthe virg'.
a iij. kl'.
b ij. kl'.

KL Augustus habet dies xxxj.
Luna xxx. Nox habet horas
x. dies uero xiiij.
c Augusti.
d iiij. no.
e iij. no.
f ij. no.
g Nonis. s. marie ad niues.
a viij. id.
b vij. id. s. Donati epi et m.
c vj. id.
d v. id. Vigilia.
e iiij. id. s. Laurentij m.
f iij. id.
g ij. id. Clare virg.
a Idibus. s. Hypoliti m.
b xxix kl septembris. Vigilia.

c xviij. kl. Assumptio btē marie virg.

d xvij. kl.

e xvj. kl.

f xv. kl.

g xiiij. kl. Lodowici epi ⁊ ꝯf.

a xiij. kl. Bernardi abbis.

b xij. kl.

c xj. kl.

d x. kl.

e viiij. kl. Vigilia.

f viij. kl. Bartholomei. apli.

g vij. kl.

a vj. kl.

b v. kl Augustini epi ⁊ ꝯf.

c iiij. kl. Decollatio sci Johis baptiste.

d iij. kl.

e ij. kl.

KL Septembre habet dies xxx.
Luna xxix. Nox habet horas
xij. Dies uero xij.

f Septēbris.
g iiij. no. Antonini. m.
a iij. no.
b ij. no.
c Nonis.
d viij. id.
e vij. id.
f vj. id. Natiuitas sce marie uirg.
g v. id. Gorgonij. m.
a iiij. id.
b iij. id. Prothi et iacinti. m.
c ij. id.
d Idibus.

e xviij. kl' octobris. Exaltatio sce crucis.
f xvij. kl'.
g xvj. kl'.
a xv. kl'. Festū stigmatū bti francisci.
b xiiij. kl'.
c xiij. kl'.
d xij. kl'. Eustachij ⁊ sociorū eṫ. Vigil
e xj. kl'. Mathei apli ⁊ euangeliste.
f x. kl'. Mauritij cum socijs suis.
g viiij. kl'.
a viij. kl'.
b vij. kl'
c vj. kl'. Cipriani ⁊ iustine. m̄r.
d v. kl' Cosme ⁊ damiani. m̄r.
e iiij. kl'.
f iij. kl'. Dedicatio sci michael'. arcāg
g ij. kl'. Hyeronimi pr̄bi ⁊ cōf.

KL October habet dies xxxj.
Luna xxix. Nox habet ho-
ras xiiij. Dies uero x.

a Octobris.
b vj. Nonas. Marie. virg.
c v. no.
d iiij. no. Francisci conf.
e iij. no.
f ij. no.
g Nonis.
a. viij. idus.
b vij. id.
c vj. id. Cerbonij epi et conf.
d v. id.
e iiij. id.
f iij. id.
g ij. id.

a .. idibus.
b xvij. kl. Nouembris.
c xvj. kl.
d xv. kl. S. luce euangeliste.
e xiiij. kl.
f xiij. kl.
g xij. kl. Hylarionis abbis. et Ursule v.
a xj. kl.
b x. kl.
c viiij. kl.
d viij. kl. Crisanti et darie m.
e vij. kl.
f vj. kl. Vigilia.
g v. kl. Apl'or symonis et iude.
a iiij. kl.
b iij. kl.
c ij. kl. Vigilia.

KL Nouember habet dies xxx.
Luna xxx. Nox habet horas
xvj. Dies uero viij.

d Nouembris. Festiuitas omniū sctōꝝ.
e iiij. no. Cōmemoratio oīum fideliū defunctoꝝ
f iij. no.
g ij. no.
a Nonis.
b viij. id. s. Leonardi. cf.
c vij. id.
d vj. id.
e v. id. Sci saluatoris.
f iiij. id.
g iij. id. Martini epi & cōf.
a ij. id.
b Idib9. Britij. epi & cf.
c xviij. kl. decembris

d xvij. kl.
e xvj. kl.
f xv. kl.
g xiiij. kl. Dedicatio aploꝝ petri et paulj.
a xiij. kl. Elysabeth regine.
b xij. kl.
c xj. kl.
d x. kl. Cecilie virg. et m.
e viiij. kl. Clementis pp et m.
f viij. kl. Grisogonj m.
g vij. kl. Catherine v et m.
a vj. kl.
b v. kl.
c iiij. kl.
d iij. kl. Vigilia.
e ij. kl. S. Andree apli.
f

KL December habet dies xxxj.
Luna xxx. Nox habet horas
xviij. Dies uero. vj.

f Decembris.
g iiij. no.
a iij. no.
b ij. no. s. barbare. uirg. et m.
c Nonis.
d viij. id. Nicholai epi et conf.
e vij. id. Ambrosij. epi et conf.
f vj. id. Conceptio bte marie v.
g v. id.
a iiij. id.
b iij. id.
c ij. id.
d Idib. s. Lucie. uirg et m.
e xviiij. kl. Januarij.

f xviij. kl.
g xvij. kl.
a xvj. kl.
b xv. kl.
c xiiij. kl.
d xiij. kl. Vigilia.
e xij. kl. s. Thome apli.
f xj. kl.
g x. kl.
a viiij. kl Vigilia.
b viij. kl Natiuitas dni nri yhu xpi.
c vij. kl. Sci stephani prothomartyris.
d vj. kl. s. Johis euangeliste.
e v. kl Scorum Innocentum.
f iiij. kl S. Thome. iij.
g iij. kl
a ij. kl. s. Siluestrj. pp et conf.



14

Incipit officium beate marie uirginis s[ecundu]m con-suetudinem romane cu-rie. Ad matutinum u[er]s[us].



labia mea aperies. Et os meu[m] annu[n]tiabit lau-

dem tuam. ℣. Deus in adiutoriũ meum intende.
℟. Dñe ad adiuuandũ me festina. Gloria patri et filio: et spiritui sco.
Sicut erat in principio et nunc et semper: et in secula seculorum amen.
Alleluya. A septuagesima uero usqꝫ a pasca dicitur uersus. Laus tibi domine rex eterne glo-

ne. Inuitatoriū. Aue
maria gratia plena: dominus
tecum. Et repetitur. Aue
maria. 7c. Psalmus.
Uenite exultem⁹
domino iubile-
mus deo salutari nr̄o:
preoccupemus faciē ei⁹
in confessione 7 in psal-
mis iubilemus ei. Aue
maria gratia plena: dn̄s tecū.
Quoniam deus magn⁹

dñs ⁊ rex magnus super
oĩs deos: qm̃ non repel
let dñs plebem suã quia
in manu eius sunt oĩs
fines terre: ⁊ altitudines
montiũ ipse conspicit.
Venite adoremus. Qm̃ in ip
sius est mare ⁊ ipse fecit
illud: et aridam fundaue
runt manus eius: uenite
adoremus ⁊ procidamus
ante deum: ploremus corã

dño qui fecit nos quia
ipse est dñs deus noster
nos autem populus ei⁹ et oues
pascue eius. Aue maria
gratia plena: dñs tecũ. Ho-
die si uocem eius audie-
ritis nolite obdurare cor-
da uestra sicut in exacer-
batione secundum diẽ
tentationis in deserto:
ubi tentauerũt me patres
uestri: probauerunt et

uiderunt opera mea. Do-
minus tecum. Quadragi-
ta annis proximus fui
generationi huic ⁊ dixi
ſemper hi errant corde:
ipſi uero non cognoue-
runt uias meaſ quibus
iuraui in ira mea ſi intro-
ibunt in requiē meam.
Aue maria gratia plena: dñs
tecum. Gloria patri et fi-
lio ⁊ ſpiritui ſancto: ſicut

erat in principio ⁊ nunc
et semper: et in secula se-
culorum. Amen. Dominus
tecum. Aue maria gratia ple-
na: dñs tecum. Hymnus.
Quem terra pontus
ethera: colunt adorāt
predicant: trinam regen-
tē machinā claustrū ma-
rie baiulat. Cui luna
sol et omnia deseruiunt
per tempora: perfusa celi

gratia gestant puelle ui-
scera. Beata mater mune-
re cuius supernus artifex:
mundum pugillo continens
uentris sub archa clausus
est. Beata celi nuntio: fe-
cunda sancto spiritu: de-
sideratus gentibus cuius
per aluum fusus est. Gloria
tibi domine qui natus
es de uirgine: cum patre
et sancto spiritu in sempiter-

na secula. Amen. antipha
Benedicta tu. psalmus.
Domine dñs noster
q̄ admirabile est no-
men tuum in universa tẽ-
ra. Qm̄ elevata est miseri-
cordia tua super celos. Ex
ore infantiũ et lactentiu3
perfecisti laudem: ut destru-
as inimicũ et ultorem.
Qm̄ videbo celos tuos o-
pera digitorum tuorum:

lunam ⁊ stellas que tu fū
dasti. Quid est homo q̄
memor es eius: aut fili⁹
hominis q̄m uisitas eū.
Minuisti eum paulo mi
nus ab angelis: gloria
et honore coronasti eum:
⁊ constituisti eum super
opera manuū tuarū. Om
nia subiecisti sub pedib⁹
eius oues ⁊ boues uniuer
sas: insuper ⁊ pecora cam

pi. Volucres celi et pisces
maris: qui perambulant
semitas maris. Dñe dñs
noster: quã admirabile ẽ
nomen tuum in univer-
sa terra. Gl'a. a. Benedicta
tu in mulieribus: et benedictus
fructus ventris tui. antiphona.
Sicut myrrha electa. psalm.
Celi enarrant gl'am
dei: et opera manuũ
eius annũtiat firmamẽ-

tum Dies diei eructat uẽ
bum: 7 nox nocti indicat
scientiam. Non sunt loq̄le
neq; sermones: quorũ nõ
audiantur uoces eorum.
In omnẽ terram exiuit so
nus eoꝝ: 7 in fines orbis
terre uerba eorum. In so
le posuit tabernaculum su
um: 7 ipse tanquã sponsus
procedens de talamo suo.
Exultauit ut gigas ad

currendam uiã: a sũmo ce
lo egressio eius. Et occur
sus eius usqꝫ ad sũmuꝫ eiꝰ.
nec est qui se abscondat
a calore eius. Lex dñi i
maculata conuertẽs an
mas: testimoniũ dñi fide
le sapientiam prestans pã
uulis. Iustitie dñi recte
letificantes corda: precep
tum dñi lucidum illumi
nans oculos. Timor dñi

sanctus permanet in secu-
lum seculi: iudicia dñi ue-
ra iustificata in semetipsa.
Desiderabilia super aurꝫ
et lapidem preciosuꝫ mul-
tum: et dulciora sup̄ mel
et fauum Etenim seruus
tuus custodit ea: in custo-
diendis illis retributio m
multa. Delicta quis intel-
ligit ab occultis meis mū-
da me: et ab alienis parce

ſuo tuo. Si mei nõ fuerit
dominati tunc imaculatus
ero: et emundabor a delic-
to maximo. Et erunt ut
complaceant eloquia oris
mei: ⁊ meditatio cordis
mei in conſpectu tuo ſem
per. Dñe adiutor meus:
⁊ redemptor meus. Glĩa.
Aña. Sicut myrrha electa dedi-
ſti odorem ſuauitatis ſcã dei
genitrix. Aña. Ante thor. pſalm⁹

Domini est terra et ple-
nitudo eius: orbis terra-
rum et universi qui habitant
in eo. Quia ipse super ma-
ria fundavit eum: et super
flumina preparavit eum.
Quis ascendet in montem
domini: aut quis stabit in lo-
co sancto eius. Innocens ma-
nibus et mundo corde qui
non accepit in vano ani-
mam suam: nec iuravit in do-

lo proximo suo. Hic acci
piet benedictionē a dn̄o:
7 misericordiam a deo sa
lutari suo. Hec est genera
tio querentiū eum: q̄renti
um faciem dei iacob. Et
tollite portas principes ue
stras 7 eleuamini porte etē
nales: et introibit rex glīe.
Quis est iste rex glorie:
dn̄s fortis 7 potens: dn̄s po
tens in prelio. Attollite

portas principes uestras et
eleuamini porte eternales
et introibit rex glorie. Quis
est iste rex glorie: dominus uir
tutum ipse est rex glorie.
Gloria. Antiphona. Ante thorum huius uir
ginis frequentate nobis dulcia
cantica dragmatis. Versus. Diffusa
est gratia in labiis tuis. Responsum. Prop
terea benedixit te deus in eter
num. Oratio. Pater noster. Versus. Et ne
nos inducas in temptationem. Responsum.

Sed libera nos a malo. Abso-
lutio. Precibus ⁊ meritis beate
marie uirginis ⁊ omniũ scõꝝ
perducat nos dñs ad regna celo-
rum. ℟. Amen. ℣. Iube dõpne be-
nedicere. benedictio. Nos
cum prole pia benedicat uirgo
maria. ℟. Amen. lec. prima.
In omnibus requiem
quesiui ⁊ in hereditate
domini morabor. Tunc pre-
cepit et dixit michi crea-

tor omniū: ⁊ qui creauit me
requieuit in tabernaculo
meo ⁊ dixit michi. In iacob
inhabita ⁊ in israel heredi
tare ⁊ in electis meis mitte
radices. Tu autē dn̄e mi
serere nobis. ℟. Deo grãs.
℟. Sancta ⁊ imaculata uirgini
tas quibus te laudibus efferā
nescio. Quia quem celi capere
non poterant tuo gremio cōtu
listi. ℣. Benedicta tu in mulieri
.bus.

bus: et benedictus fructus uen-
tris tui. Quia. Lec. ij.
ET sic in syon firmata
sum et in ciuitate sāc-
tificata similiter requieui:
et in ierusalem potestaˢ mea.
Et radicaui in populo ho-
norificato ⁊ in partes dei
mei hereditas illius: ⁊ in
plenitudine scõrum deten-
tio mea. Tu autē. ℟. Beata
es uirgo maria que dñm porta

sti creatorē mundi. Genuisti q
te fecit: et in eternū permanes
uirgo. ℣. Aue maria gratia plena
dn̄s tecum. ℟. Genuisti. ℣. Iube
dompne benedicere. ℟. Per uir
ginem matrem concedat nobis
dominus salutem et pacem.
℟. Amen. Lectio tertia.
Quasi cedrus exal
tata sum in libano:
et quasi cypressus in mō
tem syon. Quasi palma

exaltata sum in cades: et
quasi plantatio rose in hie
rico. Quasi oliua spetiosa
in campis: et quasi plata
nus exaltata sum iuxta
aquas: In plateis sicut ci
namomũ 7 balsamũ odo
rem dedi: quasi myrra elec
ta dedi suauitatẽ odoris.
Tu autẽ. ℟. Felix namqꝫ es
sacra uirgo maria et omni lau
de dignissima. Quia ex te or

tus est sol iustitie xps deus noster. ℣. Ora pro populo interuem pro clero intercede pro deuoto femineo sexu: sentiant oms tuum iuuamen quicumq; celebrant tuam scam comemorationem. ℟. Quia ex te. et c. ℣. Gloria patri et filio et spui sco. Quia.

Ad laudes versus.



Deus in adiutoriu meu intende. ℟. Dne ad adiuuã

dū me festina. Gloria patri.
Sicut erat. Alleluya. aña.
Assumpta est. psalmus.
Dominus regnauit:
decorem indutus est
indutus est dñs fortitudi-
nem: et precinsit se Etenim
firmauit orbem terre: qui
non cōmouebitur. Para-
ta sedes tua ex tunc: a secu-
lo tu es. Eleuauerūt flumi-
na dñe: eleuauerunt flu

mina uocem suam. Eleua-
uerunt flumina fluctus ꝛ
suos: a uocibus aquarum
multaꝝ. Mirabiles elatio-
nes maris: mirabilis in al-
tis dñs. Testimonia tua
credibilia facta sunt nimis:
domũ tuam decet sancti-
tudo dñe: in longitudinẽ
dierum. Glã. aꝛ. Assump-
ta est maria in celum gaudẽt
angeli laudantes benedicũt

dn̄m. A̸. Maria uirgo. psalm.

Iubilate deo omnis
terra: seruite dn̄o in
letitia. Introite in cōspec-
tu eius: in exultatione. ꝛ
Scitote qm̄ dn̄s ipse est
deus: ipse fecit nos: ⁊ nō
ipsi nos. Populus eius ⁊
oues pascue eius introite
portas eius in confessione
atria eius in hymnis cō-
fitemini illi. Laudate ꝛ

nomen eius qm suauis ē
est dñs: in eternū misericō
dia eius ⁊ usq; in genera
tione ⁊ generationē ueri
tas eius. Gl'a. a' Maria uir
go assumpta est ad ethereū ta
lamū: in quo rex regum stella
to sedet solio. a' In odorem. ps.
Deus deus meus ad
te de luce uigilo. i
Sitiuit in te anima mea:
quā multipliciter tibi caro

mea. In terra deserta et
inuia et in aquosa sic in
sancto apparui tibi: ut ui
derem uirtutem tuã ⁊ glo
riam tuã. Qm melior est
misericordia tua super ui
tas: labia mea laudabunt
te. Sic benedicam te ĩ ui
ta mea: ⁊ in nomine tuo
leuabo manus meas. Si
cut adipe ⁊ pinguedine re
pleatur anima mea: et la

bijs exultationis laudabit
os meū. Sic memor fui su-
per stratū meum: in matu-
tinis meditabor in te: qa
fuisti adiutor meus Et
in uelamento alarum tua-
rum exultabo: adhesit a-
nima mea post te: me su-
scepit dextera tua. Ipsi
uero in uanū quesierunt
animā meā: introibunt
in inferiora terre. Tradē-

tur in manus gladij: par-
tes uulpium erunt. Rex
uero letabitur in deo: lau-
dabuntur omnes qui iu-
rant in eo: quia obstruc-
tum est os loquentiū ini-
qua. Deus misereatū no-
stri et benedicat nobis: il-
luminet uultum suum su-
per nos: et misereatur no-
stri. Ut cognoscamus in
terra uitam tuā: in omni-

bus gentibus salutare tuũ.
Confiteantur tibi populi
deus: confiteantũ tibi po-
puli omnes. Letentur et
exultent gentes qm̃ iudi-
cas populos in equitate:
⁊ gentes in terra dirigis.
Confiteantur tibi popu-
li deus confiteantur tibi
populi om̃s: terra dedit ⁊
fructum suũ. Benedicat
nos deus deus noster bene-

dicat nos deus: ⁊ metuant
eum omnes fines terre.
Gl'a. an. In odorem unguentorũ
tuorum currimus adolescentule
dilexerũt te nimis. an. Bndicta fili.
Benedicite omnia
opera dñi dño: lau
date ⁊ super exaltate eum
in secula. Benedicite an
geli dñi dño: bndicite ce
li dño. Bndicite aque ó
nes que super celos sunt

dño: bñdicite omnes vir-
tutes dñi dño. B ñdicite
ſol et luna dño: benedici-
te ſtelle celi dño. B ñdici-
te imber et ros dño: bñdi-
cite omnis ſpiritus dei do-
mino. B ñdicite ignis ⁊
eſtus dño: bñdicite frig⁹
⁊ eſtas dño. B ñdicite
rores ⁊ pruina dño: bñ
dicite gelu ⁊ frigus dño.
B ñdicite glacies ⁊ nives

dño: bñdicite noctes ⁊ dies
dño. Bñdicite lux et te
nebre dño: bñdicite ful
gura et nubes dño. Bñ
dicat terra dñm: laudet
et superexaltet eum in se
cula. Bñdicite montes
et colles dño: benedicite
uniuersa germinãtia in tẽ-
ra dño. Bñdicite fontes
dño: benedicite maria et
flumina dño. Bñdicite

cete ⁊ omnia que mouē-
tur in aquis dño: bñdici-
te omnes uolucres celi do-
mino. Bñdicite omnes
beſtie ⁊ pecora dño: bñdi-
cite filij hominū dño. Bñ-
dicat iſrael dñm: laudet
⁊ ſuperexaltet eum in ſecu-
la. Bñdicite ſacerdotes
dñi dño: bñdicite ſerui do-
mini dño. Bñdicite ſpiri-
tus ⁊ anime iuſtorū dño:

bñdicite sc̄i ⁊ humiles cor
de dño. Bñdicite anania
açaria misael dño: laudate
⁊ super exaltate eum in se
cula. Bñdicamus patrem
⁊ filium cum sc̄o spiritu: lau
demus ⁊ super exaltem9 eu3
in secula. Benedictus es
dñe in firmamento celi: et
laudabilis et gloriosus ⁊
superexaltatus in secula. a'.
Benedicta filia tu a dño: quia

per te fructu uite comunicaui
mus. a. Pulcra es. psalm.
Laudate dn̄m de ce
lis: laudate eum i
excelsis. Laudate eum
omnes angeli eius: lau
date eum omnes uirtu
tes eius. Laudate eū sol
7 luna: laudate eum om̄s
stelle 7 lumen. Laudate
eum celi celorum: et aque
que super celos sunt lau

dent nomen dñi Quia i
ipse dixit et facta sunt ipse
mandauit ⁊ creata sunt.
Statuit ea in seculum et
in seculum seculi: preceptũ
posuit ⁊ non preteribit.
Laudate dñm de terra:
dracones ⁊ oĩs abissi.
Ignis grando nix glacies
spiritus procellarũ: que fa-
ciunt uerbum eius. Montes
⁊ oĩs colles: ligna fructi-

fera et omnes cedri. Bestie
⁊ uniuersa pecora: serpentes
et uolucres pennate. Reges
terre ⁊ oĩs populi: princi-
pes ⁊ omnes iudices terre.
Iuuenes ⁊ uirgines senes
cum iunioribꝫ laudent no-
men dñi: quia exaltatum
est nomen eius solius. Cõ
fessio eius super celum et
terram: ⁊ exaltauit cornu
populi sui. Hymnus om-

mibus sanctis eius: filiis isra-
el populo appropinquanti
sibi. Cantate dño canti-
cum nouū: laus eius in eccle-
sia scōrum. Letetur israel
in eo qui fecit eum: et filie
syon exultent in rege suo.
Laudent nomen eius in cho-
ro: in tympano et psalte-
rio psallant ei. Quia bene
placitū est dño in populo
suo: et exaltauit mansue-

tos in salutem. Exultabunt sancti in glā: letabūtur in cubilibus suis. Exultationes dei in gutture eorum: et gladij ancipites in manibus eorum. Ad faciendam uindictā in nationibus: increpationes in populis. Ad alligandos reges eorum in cōpedibus: ⁊ nobiles eorum in manicis ferreis. Ut

faciant in eis iudicium
conscriptum: gl'a hec est
omnibꝫ scis eius. Lau-
date dñm in scis eius: lau-
date eum in firmamento
uirtutis ei⁹. Laudate eũ
in uirtutibꝫ ei⁹: laudate ı
eum secundũ multitudi-
nẽ magnitudinis ei⁹. Lau-
date eum in sono tube: lau-
date eum in psalterio et
cythara. Laudate eum

in timpano et choro: lauda-
te eum in cordis et organo.
Laudate eum in cimbalis
bene sonantibus: laudate
eum in cimbalis iubilati-
onis: omnis spiritus lau-
det dñm. Gl'a. Aña. Pulchra
es et decora filia ierusalem: tēri-
bilis ut castrorum acies ordina-
ta. Capitulum.
Viderunt eam filie sy-
on et beatissimā predi-

cauerunt: et regine lauda-
uerunt eam. ℟ Deo grãs. hy.
O Gloriosa dña excel-
sa super sydera: qui
te creauit prouide lactasti
sacro ubere. Quod eua t
tristis abstulit tu reddis
almo germine: intrent ut
astra flebiles celi fenestra
facta es. Tu regis alti ia-
nua ⁊ porta lucis fulgida:
uitam datam per uirginē

gentes redempte plaudi-
te. Gloria tibi dñe qui na-
tus es de uirgine: cum patre
et sčo spiritu in sempiter-
na secula. Amen. ℣. Bene-
dicta tu in mulieribus. ℟. Et
benedictus fructus uentris
tui. Añ. Beata dei genitrix. Cãt.
Benedictus dñs de⁹
israel: quia uisita-
uit et fecit redemptionẽ
plebis sue. Et erexit cõ-

nu salutis nobis: in domo
dauid pueri sui. Sicut lo-
cutus est per os scõrum q
a seculo sunt prophetar(um)
eius. Salutem ex inimi-
cis nostris: et de manu o-
mnium qui oderunt nos.
Ad faciendã misericordi-
am cum patribus nr̃is: et
memorari testamenti sui
sancti. Ius iurandũ qđ
iurauit ad abraam patrẽ

nr̃m: daturũ se nob. Ut si-
ne timore de manu inimi-
corum nr̃orum liberati: ser-
uiamꝰ illi. In sanctitate et
iustitia coram ipso: omni-
bus diebus nostris. Et
tu puer propheta altissimi
uocaberis: preibis enim an-
te faciem dñi parare uias
eius. Ad dandam scientiã
salutis plebi eius: in remis-
sionem peccatoꝝ eorũ. Per

uiscera misericordie dei nostri:
in quibus uisitauit nos ori-
ens ex alto. Illuminare his
qui in tenebris et umbra
mortis sedent: ad dirigen
dos pedes nostros in uiam pacis.
Gloria. a. Beata dei genitrix uirgo
maria perpetua templum domini
sacrarium spiritus sancti sola sine
exemplo placuisti domino nostro yhesu
christo. interueni pro clero interce-
de pro deuoto femineo sexu.

kyrieleison. Xpeleison. kyriel.
V. Dñe exaudi orationē meā.
R. Et clamor meus ad te ueni-
at. Oremus.
DEus qui de beate t
marie uirginis ute-
ro uerbum tuum angelo
nuntiāte carnem suscipe-
re uoluisti presta supplici-
bus tuis: ut qui uere eam
genitricem dei credimus
eius apud te intercessioni-

bus adiuuemur. Per eun-
dem xp̄m dn̄m nr̄m. R. Amen.
V. Sancti dei omnes interce-
dere dignemini pro nr̄a omniūq;
salute. V. Letamini in dn̄o et
exultate iusti. R. Et gloriamini
om̄s recti corde. Oremus.
Protege dn̄e popu-
lum tuum et aposto-
lorum tuorū patrocinio
confidentem: perpetua de-
fensione conserua. Oro.

OMnes sancti tui qs
dñe nos ubiq; adiu-
uent: ut dum eorũ merita
recolimus patrocinia senti-
amus. Et pacem tuã nr̃is
concede temporib;: ⁊ ab ec-
clesia tua cunctam repelle
nequitiam. Iter ⁊ actus et
uoluntates nr̃as et omniũ
famulorum tuoꝝ in salutis
tue prosperitate dispone.
Benefactoribus nr̃is sem-

piterna bona retribue: et
omnibus fidelibus defunctis
requiem eternam concede.
Per dominum nostrum yhesum christum fi
lium tuum: qui tecum uiuit
et regnat in unitate spiritus
sancti deus: per omnia secula
seculorum. R. Amen. uersus
Domine exaudi orationem meam.
Et clamor meus ad te ueniat. R.
Benedicamus domino. R. Deo gratias.
Ad primam: uersus.

Deus in adiutoriū
meū intende. ℟. Do-
mine ad adiuuādū
me festina. Gloria patri. Si-
cut erat. Alleluya. Hymnꝰ
Memento salutis auc-
tor qd̄ nostri quon-
dam corporis: ex illibata
uirgine nascendo formā
sumpseris. Maria mater
gratie mater misericordie:
tu nos ab hoste protege ⁊

in hora mortis suscipe. Gl'a
tibi dñe qui natus es de vir-
gine: cum patre ⁊ sc̄o spiri-
tu in sempiterna secula. ℟.
Amen. A. Assumpta est. Ps.
Deus in nomine tuo
saluū me fac: et in
uirtute tua iudica me. De⁹
exaudi oratione meā: au-
ribus percipe uerba oris
mei. Qm̄ alieni insurrexe-
runt aduersum me: ⁊ for-

tes quesierunt animã meã:
⁊ non proposuerũt deum
ante conspectũ suũ. Ecce
enim deus adiuuat me:
⁊ dñs susceptor est anime
mee. Aduerte mala inimi-
cis meis: ⁊ in ueritate tua
disperde illos. Voluntarie
sacrificabo tibi ⁊ confitebõ
nomini tuo dñe: qm̃ bonũ
est. Qm̃ ex omni tribulati-
one eripuisti me: ⁊ super i

inimicos meos despexit o-
culus meus. Gl'a. psalm'.
Benedixisti dñe terrã
tuam: auertisti capti
uitatem iacob. Remisisti
iniquitatẽ plebis tue: ope
ruisti omnia peccata eorũ.
Mitigasti omnẽ iram tuã:
auertisti ab ira indignati
onis tue. Conuerte nos
deus salutaris nr̃: ⁊ auer-
te iram tuam a nob'. De'

quid in eternũ irasceris
nobis: aut extendes iram
tuam a generatione i ge-
nerationem. Deus tu cõ
uersus uiuificabis nos:
et plebs tua letabitur in
te. Ostende nobis dñe
misericordiã tuam: 7 sa-
lutare tuũ da nob. Audi-
am quid loquatur in me
dñs deus: qm loquetur
pacem in plebem suã. Et

super sanctos suos: et in eos
qui conuertuntur ad cor.
Ueruntamen prope timē-
tes eum salutare ipsius:
ut inhabitet gloria in ter-
ra nostra. Misericordia
et ueritas obuiauerunt
sibi: iustitia et pax oscula-
te sunt. Ueritas de terra
orta est: et iustitia de celo
prospexit. Et enim dñs
dabit benignitatem: et

terra nr̃a dabit fructum su
um. Iustitia ante eũ am
bulabit: et ponet in via
gressus suos. Gl̃a. psalm?
Laudate dñm om̃s
gentes: laudate eũ
omnes populi. Qm̃ confir
mata est super nos miseri
cordia eius: et veritas do
mini manet in eternũ. Gl̃a
Aña Assumpta est maria in celũ gau
dent angeli laudantes benedicũt

~ . dñm . ~

dn̄m. Capitulum.

Que est ista que pro-
greditur quasi auro-
ra consurgens pulchra ut
luna electa ut sol: terribi-
lis ut castrorum acies or-
dinata. R. Deo gr̄as. Vsus.
Dignare me laudare te uirgo
sacrata. R. Da michi uirtutem
contra hostes tuos. Kyrieleison
Xp̄eleison. Kyriel. V. Dn̄e ex-
audi. R. Et clamor. Orem.

Deus qui uirginalē aulam beate marie uirginis in qua habitare eligere dignatus es: da q̄s ut sua nos defensione munitos iocundos faciat sue interesse cōmemorationi. Qui uiuis et regnas in secula seculorum. R. Amen.
V. Sancti dei omnes intercedere dignemini pro nostra omniumq; salute. V. Letamini in

dño et exultate iusti. ℞. Et glo-
riamini oms recti corde. Orem⁹.
Exaudi nos deus sa-
lutaris noster: et a-
postolorũ tuoꝝ petri ⁊ pau-
li et aliorum apostoloꝝ
nos tuere presidiis: quo-
rum donasti fideles esse
doctrinis. Oro. Omnes
sci tui. ⁊ c. ut supra.
℣. Benedicamus dño. ℞.
Deo gratias. Ad tertiã.

Deus in adiutoriū
meū intēde. ℟. Do-
mine ad adiuuādū
me festina. Gloria. Sicut
erat. Alleluya. Hymnus.
Memento. ut supra: an-
tiph. Maria virgo. psalm⁹.
Ad dn̄m cum tribu-
larer clamaui: et ex-
audiuit me. Dn̄e libera
animā meā a labijs iniq̄s:
et a lingua dolosa. Quid

detur tibi aut quid appo-
natur tibi: ad linguā dolo-
sam. Sagitte potentis acu-
te: cum carbonibus desola-
torijs. Heu michi quia in-
colatus meus prolongatus
est: habitaui cum habitan-
tibus cedar: multū incola
fuit anima mea. Cum ijs
qui oderunt pacem eram
pacificus: cum loquebar
illis impugnabant me ɫ

gratis. Gloria. psalm⁹
LEuaui oculos meos
in montes: unde ue-
niet auxilium m̄. Auxi
liū meū a dn̄o: qui fecit
celum ⁊ terram. Non det
in cōmotionem pedē tuū:
neq; dormitet qui custo-
dit te. Ecce non dormi-
tabit neq; dormiet: qui
custodit israel. Dn̄s cu-
stodit te dn̄s protectio

tua: super manū dexterā
tuam. Per diem sol non
uret te: neqꝫ luna per noc-
tem. Dn̄s custodit te ab
omni malo: custodiat an-
mā tuam dn̄s. Dn̄s cu-
stodiat introitum tuū et
exitum tuum: ex hoc nūc
⁊ usqꝫ in seculū. Gl'a. ps.
LEtatus sum in his
que dicta sunt m̄:
in domū dn̄i ibim⁹. Stātes

erant pedes nr̄i: in atriys
tuis ierusalem. Ierusa-
lem que hedificatur ut ci-
uitas: cuius participatio
eius in id ipsum. Illuc e-
nim ascenderunt tribus
tribus dn̄i: testimonium
israel: ad confitendum no-
mini dn̄i. Quia illic sede-
runt sedes in iudicio: se-
des super domū dauid.
Rogate que ad pacē sunt

ierusalem: et abundantia
diligentibus te. Fiat pax
in uirtute tua: et abundā
tia in turribus tuis. Prop
ter fratres meos et proxi
mos meos: loquebar pacē
de te. Propter domū dñi
dei nostri: quesiui bona ti
bi. Gl'a. A'. Maria uirgo assūp
ta est ad ethereum talamū in quo
rex regum stellato sedet solio.

Capitulum.

Et sic in syon firmata
sum et in ciuitate sã-
ctificata similiter requie-
ui: et in ierusalem pote-
stas mea. ℟. Deo gratias.
℣. Diffusa est gratia in labiys
tuis. ℟. Propterea benedixit
te deus in eternũ. Kyrieleison.
Xpẽel'. kyriel'. ℣. Dñe exaudi.
℟. Et clamor. Oremus.
Deus qui salutis eter-
ne beate marie uir-

gnitate fecunda humano
generi premia prestitisti: t
tribue q̄s: ut ipsam pro no-
bis intercedere sentiam⁹
per quā meruimus aucto-
rem uite suscipere dn̄m no-
strum yh̄m xp̄m filiū tuū:
R. Amen. A. Sancti dei om̄s in-
tercedere dignemini pro n̄ra o-
mniumq; salute. V. Letamini in
dn̄o et exultate iusti. R. Et glo-
riamini om̄s recti corde. Orem⁹.

PRotege dn̄e popu-
lum tuū ⁊ apostolorꝫ
tuorum petri et pauli ⁊ alio-
rum apl̄orum patrocinio
confidentem: perpetua de-
fensione conserua. Orō.
OMnes sancti tui q̄s
nos ubiqꝫ adiuuēt.
ut dum eorū merita reco-
limus: patrocinia sentiaꝫ.
Et pacem tuam nr̄is cōce-
de temporibus: ⁊ ab eccle-

sia tua cunctā repelle neq-
tiam. Iter ⁊ actus et volū-
tates nr̄as et omniū famu-
lorum tuorū in salutis tue
prosperitate dispone. Bn̄
factorib⁹ nr̄is sempiterna
bona retribue: ⁊ omnibus
fidelib⁹ defunctis requiē
eternā concede. Per dn̄m
nr̄m ihm̄ xp̄m filium tuū:
qui tecum vivit ⁊ regnat
in unitate sp̄s sc̄i deus: per

omnia secula seculorum.
℟. Amen. ℣. Dñe exaudi. ℟.
Et clamor me⁹. ℣. Bñdicam⁹
dño. ℟. Deo grãs.
Ad sextam uersus.
Deus in adiuto-
riũ meũ intende.
℟. Dñe ad adiu-
uandũ me festina. Gloria pri.
Sicut erat. Alleluya. Hymn⁹.
Memento salutis auc
tor: qd nři quondã

corporis: ex inlibata uir-
gine nascendo formã sup-
seris. Maria mater gratie
mater misericordie: tu nos
ab hoste protege: et in ho-
ra mortis suscipe. Gloria
tibi dñe qui natus es de
uirgine: cum patre et scõ
spiritu in sempiterna se
cula. Amen. An. In odorem.
Ad te leuaui oculos
meos: qui habitas

in celis. Ecce sicut oculi
seruorum: in manibus do-
minorum suorum. Sicut ocu-
li ancille in manibus domine
sue: ita oculi nostri ad dominum
deum nostrum: donec miserea-
tur nostri. Miserere nostri do-
mine: miserere nostri: quia
multum repleti sumus de-
spectione. Quia multum re-
pleta est anima nostra: obpro-
brium abundantibus et de-

spectio superbis. Gl'a. ps.

Nisi quia dns erat i nobis dicat nunc israel: nisi quia dns erat in nobis. Cum exurgerent homines in nos: forte uiuos deglutissent nos. Cum irasceretur furor eorum i nos: forsitan aqua obsorbuisset nos. Torrentem pertransiuit anima nra: forsitan p transisset anima nra aquã

intollerabilem. Bn̄dictus
dn̄s qui non dedit nos in
captionem dentibus eoꝝ.
Anima nr̄a sicut passer
erepta est de laqueo uenā-
tium. Laqueus contrit⁹
est: ⁊ nos liberati sumus.
Adiutorium nr̄m in no-
mine dn̄i: qui fecit celū
et terram. Gl̄a. psalm⁹
Qui confidunt in
dn̄o sicut mons sy-

on: nō cōmouebitur in e-
ternū qui habitat in ieru-
ſalem. Montes in circui-
tu eius ⁊ dn̄s in circuitu
populi ſui: ex hoc nunc et
uſq; in ſeculū. Quia nō
relinquet dn̄s uirgam pec-
catorum ſuper ſortem iu-
ſtorum: ut non extendāt
iuſti ad iniquitatē man⁹
ſuas. Benefac dn̄e bonis
et rectis corde. Declinan-

tes autem in obligationes
adducet dñs cum operã-
tibus iniquitatẽ: pax su-
per israel Gl̃a. Aña. In odorẽ
unguentorũ tuorũ currimus
adolescentule dilexerunt te ni-
mis. Capitulum.
Et radicaui in popu
lo honorificato: et
in partes dei mei hereditas
illius: et in plenitudine scõ
rum detentio mea. R. Deo
gra.

tias. ℣. Benedicta tu in mulie-
ribus. ℟. Et bñdictus fructus
uentris tui. Kyriel. Xpeleison.
Kyriel. ℣. Dñe exaudi oõnem.
℟. Et clamor meus. Oremus.
Concede misericors
deus fragilitati nr̃e
presidium: ut qui sc̃e dei ge-
nitricis memoriã agimus
intercessionis eius auxilio
a nostris iniquitatibus re-
surgamus. Per eundẽ xp̃m

dñm nr̃m. ℟. Amen. Aña. Sci
dei oms intercedere dignemini
pro nr̃a omniumq3 salute. ℣. Leta-
mini in dño et exultate iusti.
℟. Et gloriamini oms recti cõde.
Exaudi nos deus sa-
lutaris noster et
apostolorũ tuoꝝ petri et
pauli: et aliorum aplõꝝ
nos tuere presidiis: quo-
rum donasti fideles esse
doctrinis. Oro. Oms sci

tuu q̄s dñe: 7c. ut supra.
℣. Benedicamus dño. ℟. Deo
gratias. Ad nonam. ℣.
Deus in adiutori-
um meū intende.
℟. Dñe ad adiuuā-
dū me festina. Gloria pri.
Sicut erat. Alleluya. hym.
Memento. ut supra.
a. Pulchra es. Psalmus.
In conuertendo dñs
captiuitatem syon:

facti sumus sicut consola
ti. Tunc repletum ē gau
dio os nr̄m: ⁊ lingua nr̄a
exultatione. Tunc dicēt
inter gentes: magnifica
uit dn̄s facere cum eis.
Magnificauit dn̄s facere
nobiscum: facti sumus le
tantes. Conuerte dn̄e i
captiuitatē nr̄am: sicut tō
ꝛens in austro. Qui semi
nant in lacrimis in exulta

tione metent. Euntes
ibant ⁊ flebant mittētes
semina sua. Venientes au-
tem venient cum exultati-
one: portantes manipulos
suos. Gl'a pr̄i. psalmus.
Nisi dn̄s hedificaue-
rit domū: in uanū
laborauerunt qui hedificāt
eam. Nisi dn̄s custodierit
ciuitatē: frustra uigilat q
custodit eam. Vanum est

uobis ante lucem surgere:
surgite postquam sederi-
tis: qui manducatis pa-
nem doloris. Cum dede-
rit dilectis suis somnū
ecce hereditas dñi: fili
merces fructus uentris.
Sicut sagitte in manu
potentis: ita filij excusso-
rum. Beatus uir qui im-
pleuit desiderium suum
ex ipsis: non confunde-

tur cum loquetur inimi-
cis suis in porta. Gl'a. ps.
Beati omnes qui ti-
ment dn̄m: qui ā-
bulant in viis eius. La-
bores manuū tuarū quia
manducabis: beatus es
et bene tibi erit. Uxor tua
sicut vitis abundans: in
lateribus domus tue. Filij
tui sicut novelle olivarum:
in circuitu mense tue. Ec

ce sic benedicetur homo:
qui timet dnm. Benedi-
cat tibi dns ex syon et uide-
as bona ierusalem: omni-
bus diebus uite tue. Et ui-
deas filios filiorum tuorum:
pacem super israel. Gloria.
A. Pulcra es et decora filia ieru-
salem: terribilis ut castrorum acies
ordinata. Capitulum.
In plateis sicut cina-
momum et balsamum

aromatiçans odorem dedi:
quasi myrra electa dedi sua
uitatem odoris. R. Deo grãs.
V. Post partum uirgo inuiolata
permansisti. R. Dei genitrix inter
cede pro nobis. Kyriel. Xpel.
Kyriel. V. Dñe exaudi orõnem. R.
Et clamor meus. Oremus.
Famulorum tuorum
qs domine delictis
ignosce: et qui tibi placere
de actibus nřis non uale

mus: genitricis filij tui domini nostri intercessione saluemur. Per eundē xp̄m dn̄m nr̄m. ℟. Amen. an̄a.

Sancti dei om̄s intercedere dignemini pro nr̄a omniūqȝ salute. ℣. Letamini in dn̄o et exultate iusti. ℟. Et gloriamini om̄s recti corde. Oremus.

Presta q̄s omnipotens deus: ut nullis nos permittas perturba-

tionibus concuti: quos
in apostolice confessionis
petra solidasti. oratio.
OMnes sancti tui
qs dñe nos ubiqz
adiuuent: ut dum eoꝝ
merita recolimus patro-
cinia sentiamus. Et pa-
cem tuam nr̃is concede
temporibus: et ab ecclesia
tua cunctā repelle nequi-
tiam. Iter et actus ꝯ uolū-

tates nr̃as & omniũ famu-
lorum tuorũ in salutis tue
prosperitate dispone. Be-
nefactoribus nr̃is sempi-
terna bona retribue: & oi-
bus fidelib9 defunctis re-
quiem eternam concede.
Per d. n. y. x. fi. tuũ: q te
cũ uiuit & regnat in uni-
tate sp̃s sci deus: p omnia
secula seculor. ℟. Am. ℣.
Dñe exaudi. ℟. Et clamor.

Bndicamus dño. ℟. Deo grãs.

Ad uesperas uersus.

Deus in adiuto-
riũ meũ intẽde.
℟. Dñe ad adiuuã-
dũ me festina. Gloria patri.
Sicut erat. Alleluya. aña.
Dum esset rex. psalmus.

Dixit dñs domino
meo: sede a dextris
meis. Donec ponam im
micos tuos: scabellum pe

dum tuorū. Virgam uir-
tutis tue emittet dn̄s ex
ſyon: dominare in medio
inimicorū tuoꝝ. Tecū
principium in die uirtu-
tis tue: in ſplendoribus
ſcōrum: ex utero ante lu-
ciferum genui te. Iura-
uit dn̄s et non penitebit
eum: tu es ſacerdos in et̄-
num ſecundum ordinem
melchiſedech. Dn̄s a dex-

tris tuis: confregit in die
ire sue reges. Iudicabit
in nationibus implebit
ruinas: conquassabit ca-
pita in terra multorum. De
torrente in uia bibit: ppt-
ea exaltauit caput. Gl'a.
ān. Dum esset rex in accu-
bitu suo: nardus mea dedit
odorē suauitatis. ps. Leua ei⁹.
Laudate pueri dñm:
laudate nomen dñi.

Sit nomen dñi benedic-
tum: ex hoc nunc ⁊ usqꝫ i
seculum. A solis ortu us
que ad occasum: lauda
bile nomen dñi. Excel
sus super omnes gentes
dñs: et super celos gloria
eius. Quis sicut dñs deꝰ
noster qui in altis habi
tat: et humilia respicit
in celo et in terra. Quis
sicut dñs deus noster qui

in altis habitat et humi-
lia respicit in celo et in ter-
ra. Suscitans a terra ino-
pem: et de stercore erigens
pauperem. Ut collocet e-
um cum principibus: cum
principibus populi sui.
Qui habitare facit steri-
lem in domo: matrem filiorum
letantem. Gloria. Antiphona. Leua eius
sub capite meo: et dextera illius
amplexabitur me. Antiphona. Nigra sum.

Letatus sum in his
que dicta sunt mi:
in domū dñi ibimus. Stā
tes erant pedes nr̄i: in a
trys tuis ierusalem. Ieru
zusalem que edificatur
ut civitas: cuius participa
tio eius in id ipsum. Il
luc enim ascenderūt tri
bus trib9 dñi testimoni
um israel: ad confitendū
nomini dñi. Quia illic

sederunt sedes in iudicio:
sedes super domū dauid.
Rogate que ad pacē sunt
ierusalem: et abundātia
diligentib₃ te. Fiat pax
in uirtute tua: ⁊ abundā
tia in turribus tuis. Prop
ter fratres meos ⁊ proxi
mos meos: loquebar pacē
de te. Propter domū dñi
dei nr̄i: quesiui bona tibi.
Gl'a. a: Nigra sum sed formo

sa filia ierusalem: ideo dilexit me
rex et introduxit me in cubicu
lum suum. a: Iam hyems trāsijt.
Nisi dn̄s edificauerit
domū: in uanū labo
rauerunt qui edificāt eā.
Nisi dn̄s custodierit ciui
tatem: frustra uigilat qui
custodit eam. Vanum ē
uobꝫ ante lucem surgere
surgite postq̄ sederitis: q
manducatis panem dolo

ris. Cum dederit dilectis
suis sonum: ecce hereditas
dñi: filii merces fructus ué
tris. Sicut sagitte i ma
nu potentis: ita filii excus
sorum. Beatus uir qui i
pleuit desiderium suũ ex
ipsis: non confundetur cũ
loquetur inimicis suis i
porta. Gl'a. a: Iam hyems
transiit imber abiit et recessit :
surge amica mea et ueni. aña.

Speciosa fc̄a es. psalmus.
Lauda ierusalem do
minum: lauda deū
tuum syon. Qm̄ confor-
tauit seras portarum tua-
rum: benedixit filijs tuis
in te. Qui posuit fines
tuos pacem: et adipe fru-
menti satiat te. Qui emit
tit eloquium suum terre:
uelociter currit sermo eius.
Qui dat niuem sicut la

nã: nebulam sicut cinerẽ
spargit. Mittit cristallũ
suam sicut bucellas: an-
te faciem frigoris eiꝰ q̄s
sustinebit. Emittet uer-
bum suum et liquefaciet
ea: flabit spiritus eius: ⁊
fluent aque. Qui annũ-
tiat uerbum suum iacob
iustitias et iudicia sua
israel. Non fecit taliter
omni nationi: et iudicia

sua nō manifestauit eis.
Gl'a. ℣. Speciosa facta es
et suauis in delitijs tuis sc̄a
dei genitrix. Capitulum.
Ab initio et ante se
cula creata sum: et
usqꝫ ad futurum seculum
non desinam: ⁊ in habita
tione sc̄a coram ipso mi
nistraui. ℟. Deo grās. hym̄.
Aue maris stella dei
mater alma: atqꝫ sē

per uirgo felix celi porta.
Sumens illud aue: gabri-
elis ore: funda nos in pace
mutans eue nomen. Sol-
ue uincla reis profer lum̄
cecis: mala n̄ra pelle bona
cuncta posce. Monstra te
esse matrē sūmat per te p̄-
ces: qui pro nob; natus tu-
lit esse tuus. Virgo singu-
laris inter omnes mitis:
nos culpis solutos mites

fac et castos. Vitam pre
sta puram iter para tutũ:
ut videntes ihm: semper
colletemur. Sit laus deo
patri sũmo xpo decus: spi
ritui scõ tribus honor un?
R. Amen. V. Diffusa est grã
in labiis tuis. R. Propterea be
nedixit te deus in eternũ: añ.
Beata mater. Canticum.
MAgnificat anima
mea dñm Et exl'

tauit spiritus meus: ĩ deo
salutari meo. Quia respe-
xit humilitatem ancille
sue: ecce enim ex hoc bea-
tã me dicent oĩs gene-
rationes. Quia fecit in
magna qui potens est: ⁊
sc̄m nomen eiꝰ. Et mise-
ricordia eius a progenie
in progenies: timentibꝫ
eum. Fecit potentiã in
brachio suo: dispersit

superbos mente cordis sui.
Deposuit potentes de se-
de: ⁊ exaltauit humiles.
Esurientes impleuit bo-
nis: et diuites dimisit ina-
nes. Suscepit israel pue-
rum suum: recordatus mise-
ricordie sue. Sicut locu-
tus est ad patres nr̃os a-
braam: et semini eius i se-
cula. Gl'a. Aꝶ. Beata mater et
inupta uirgo gloriosa regina i

mundi intercede pro nobis ad
dñm. Kyriel. Xpe el. Kyriel.
℣. Dñe exaudi orõnem meã.
℟. Et clamor meus. Oremus.
Concede nos famu-
los tuos q̄sumus
dñe deus perpetua mentis
& corporis sanitate gaude-
re: & gloriosa beate marie
semper uirginis intercessi-
one a presenti liberari tri-
stitia: et eterna perfrui le-

titia: Per xp̄m dn̄m nr̄m.
℟ Amen. ℣: Sancti dei o
nes intercedere dignemini p
nr̄a omniūq3 salute. ℣ Leta-
mini in dn̄o et exultate iusti.
℟ Et gloriamini om̄s recti
corde. Oremus.
PRotege dn̄e popu-
lum tuum et apo-
stolorum tuorum petri et pau
li et aliorum aplorum pa-
trocinio confidentē: per

petua defensiōe consua.
Omnes scī tui qs
dn̄e nos ubiq̧ ad
iuvent. ut dum eorū me
rita recolimus: patroci
nia sentiam⁹. Et pacem
tuam nr̄is concede tēpo
ribus: 7 ab ecclesia tua
cunctam repelle nequiti
am. Iter et actus 7 volū
tates nr̄as et omniū famu
lorum tuorū in salutis t

tue prosperitate dispone.
Benefactoribus nr̃is sem
piterna bona retribue: et
omnib; fidelibus defunc
tis requiem eternã conce
de: Per dñm nr̃m yh̃m xp̃z
filium tuũ: qui tecũ uiuit
⁊ regnat in unitate sp̃s sci
deus: per omnia secula se
culorũ. ℟. Amen. ℣. Dñe ex
audi. ℟. Et clamor. ℣. Bñdica
mus dño. ℟. Deo grãs.

Ad completorium. ℣.



Onuerte nos deus salutaris noster. ℟. Et auerte irā tuā a nobis. ℣. Deus in adiutoriū meū intende. ℟. Dn̄e ad adiuuādū me festina. Gloria. Sicut erat. Alleluya. psalm̄.

Sepe expugnauerūt me a iuuentute mea: dicat nunc israel. Sepe expugnauerūt me a iuuen-

tute mea: ⁊ enim nõ potu-
erunt m̃. Supra dorsum
meũ fabricauerunt pecca-
tores: prolongauerunt
iniquitatẽ suam. Dñs
iustus concidet ceruices
peccatorũ: confundãtur
⁊ conuertantur retrorsum
omnes qui oderunt syon.
Fiant sicut fenum tecto-
rum: qd̃ priusq̃ euellatũ
exaruit. De quo nõ im-

pleuit manū suā qui me-
tet: ⁊ sinum suū qui ma-
nipulos colliget Et nō
dixerunt qui preteribant:
benedictio dn̄i super uos
benediximus uobꝭ in no-
mine dn̄i. Gl'a. psalm⁹
De profundis cla-
maui ad te dn̄e:
domine exaudi uocē meā.
Fiant aures tue inten-
dentes: in uocem depreca-

tionis mee. Si iniquita-
tes osseruaueris dñe: do
mine quis sustinebit. Quia
apud te propitiatio est: ⁊
pp legem tuã sustinui te
dñe. Sustinuit anima
mea in uerbo eius: spera-
uit anima mea in domino.
Quia apud dñm misericor-
dia: ⁊ copiosa apud eum
redemptio. Et ipse redimet
israel: ex omnibus iniquita

tib9 eius. Gloria. psalm9

Domine nō est exal
tatum cor meū: ne
qȝ elati sunt oculi mei. Ne
que ambulaui i magnis:
neqȝ in mirabilib9 sup me.
Si non humiliter sentie
bam: sed exaltaui animā
meā. Sicut ablactatꝰ su
per matrē suam: ita retribu
tio in anima mea. Speret
israel in dño: ex hoc nunc

et usque in seculum. Gloria.
Memento salutis
auctor quod nostri quon-
dam corporis: ex illibata
uirgine nascendo formam
sumpseris. Maria mater
gratie mater misericordie:
tu nos ab hoste protege
et hora mortis suscipe. Gloria
tibi domine qui natus es de
uirgine: cum patre et sancto
spiritu in sempiterna se-

cula. R. Amen. Capitulū.

Ego mater pulchre
dilectionis ꝛ timo-
ris et magnitudinis et
sancte spei. R. Deo grās.
V. Ora pro nobis sc̄a dei geni-
trix. R. Ut digni efficiamur
promissionibꝫ xp̄i. An̄. Sub
tuum presidium. Canticū.

Nunc dimittis ser-
uum tuū dn̄e: secū
dum uerbum tuū in pace

Quia viderunt oculi mei:
salutare tuum. Quod pa
rasti: ante faciem omniũ
populorum. Lumen ad
revelationem gentiũ: et
gloriam plebis tue israel.
Gl'a. A' Sub tuum presidiuz
confugimus scã dei genitrix nr̃as
deprecationes ne despicias in ne
cessitatibus: sed a periculis cunc
tis libera nos semp̱ virgo glo
riosa et benedicta. Kyriel'. Xpe
leison.

leison: kiriel'. ℣. Dñe exaudi. ℟.
Et clamor meus. Oremus.
BEate et gloriose sē-
perq3 uirginis ma-
rie q̄s dñe intercessio glo-
riosa nos protegat: et ad
uitam perducat eternā.
Per xp̄m dñm nr̄m. ℟. Amē
Ant. Sancti dei oms intercedere di-
gnemini pro nr̄a omniūq3 salu-
te. ℣. Letamini in dño et exul-
tate iusti. ℟. Et gl'amini oms

recti corde. Oratio. Exaudi nos deus salutaris nr̄
et apl'orum tuoꝝ petri et
pauli et aliorum aploꝝ
nos tuere presidijs: quorum donasti fideles esse
doctrinis. Or̄o. Omīs sci
tui q̄s dn̄e nos ubiqꝫ adiuuent. ꝛc.

Feria tertia et sexta dicitur ad nocturnum.
an. Specie tua. Psalm.

E-Ructauit cor meū
uerbum bonū: dico
ego opera mea regi. Lin-
gua mea calamus scribe:
uelociter scribentis. Spe-
ciosus forma pre filijs ho-
minū: diffusa est gratia
in labijs tuis: ppea benedi-
xit te deus in eternū. Ac-
cingere gladio tuo super
femur tuum potentissime.
Specie tua et pulcritudi-

ne tua: intende prospere
procede ⁊ regna. Propt'
ueritatem et mansuetudi-
nem ⁊ iustitiam: ⁊ dedu-
cet te mirabiliter dextera
tua. Sagicte tue acute:
populi sub te cadent ī cor-
da inimicoꝝ regis. Se-
des tua deus in seculuꝫ se-
culi: uirga directionis uī-
ga regni tui. Dilexisti iu-
stitiam et odisti iniquita-

tem: ppea unxit te deus de'
tuus oleo letitie pre consor-
tibus tuis. Myrrha et gut-
ta et cassia a uestimentis
tuis a domibus eburneis:
ex quibus delectauerunt
te filie regum in honore
tuo. Astitit regina a dex-
tris tuis in uestitu deaura-
to: circundata uarietate.
Audi filia et uide ⁊ incli-
na aurem tuā ⁊ obliuisce-

re populum tuū et domū
patris tui Et concupiscet
rex decorem tuum: qm̄ ipse
est dn̄s deus tuus et ado=
rabunt eum Et filie ty=
ri in muneribꝫ: uultum tu=
um deprecabuntur om̄s
diuites plebis Omnis
gloria eius filie regis ab
intus: in fimbrys aureis
circūamicta uarietatibꝫ.
Adducentur regi uirgi=

nes post eam: proxime eiꝰ
afferentur tibi. Afferen-
tur in letitia et exultatiōe:
adducentur in templum
regis. Pro patribꝰ tuis
nati sunt tibi filij: cōsti-
tues eos principes super
omnem terram. Memor
ero nominis tui: in omni
generatione ⁊ generatio-
nem. Propterea populi
confitebuntur tibi in eter-

nū: et in seculum seculi.
Gl'a. aā: Specie tua et pulcri-
tudine tua: intende prospere, p-
cede ⁊ regna. aā: Adiuuabit eā.
Deus nr̄ refugium ps.
et uirtus: adiutor
in tribulationibꝫ que in-
uenerunt nos nimis. Pro-
pterea nō timebimꝰ dū tur-
babitur terra: ⁊ transferē-
tur montes in cor maris.
Sonuerūt ⁊ turbate sūt

aque eorum: conturbati
sunt montes in fortitudi-
ne eius. Fluminis impe-
tus letificat ciuitatem dei:
sanctificauit tabernaculũ
suum altissimus. Deus ĩ me-
dio eius non cõmouebitur:
adiuuabit eam deus ma-
ne diluculo. Conturbate
sunt gentes et inclinata
sunt regna: dedit uocẽ suã
mota est terra. Dñs uirtu-

tutum cum: susceptor nr̄
deus iacob. Venite ⁊ ui-
dete opera domini que po-
suit prodigia super terraꝫ
auferens bella usqꝫ ad fi-
nem terre. Arcum conte-
ret et confringet arma: et
scuta comburet igni. Va-
cate et uidete q̄m ego sum
deus: exaltabor in gentibꝫ
et exaltabor in terra. Do-
minus uirtutū nobiscuꝫ:

susceptor noster deus ia-
cob G l'a. a. Adiuuabit eā
deus uultu suo: deus in medio
eius nō cōmouebitur. aña.
Sicut letantiū. psalm9
Fundamenta ei9 in
montib3 scīs: diligit
dn̄s portas syon super om-
nia tabernacula iacob. t
Gloriosa dicta sunt de te:
ciuitas dei. Memor ero ra-
ab et babilonis: scientiū

me. Ecce alienigene ⁊ ty
rus ⁊ populus ethyopum:
hy fuerunt illic. Nunqd
syon dicet homo: ⁊ homo
natus est in ea: et ipse fun
dauit eam altissimus. Dñs
narrauit in scripturis popu
lorum ⁊ principum: horũ
qui fuerunt in ea. Sicut
letantiũ omniũ: habitatio
in te. Gla. A: Sicut letã
tium nrm habitatio ẽ in te scã

dei genitrix. ℣. Diffusa e gr̃a
in labiys tuis. ℟. Propterea be
nedixit te deus in eternũ.

Feria quarta et sabbato
dicitur ad nocturnum.

A. Salve maria uirgo. psalm.

Cantate dño canti
cum nouum: cãta
te dño omnis terra. Can
tate dño et benedicite no
mini eius: annuntiate de
die in diem salutare eius.

Annuntiate inter gentes
gloriam eius: in omnib9
populis mirabilia ei9. Quoniam
magnus dominus et laudabilis
nimis: terribilis est super
omnes deos. Quoniam omnes
dii gentium demonia: do
minus autem celos fecit.
Confessio et pulcritudo
in conspectu eius: sancti
monia et magnificentia
in sanctificatione ei9. Affer

te dno
afferte
norem:
nomini
stias et
adorat
ei9. Q
eius
te in g
regna
rexit
comou

te dño patrie gentium: afferte dño gloriam ꝛ honorem: afferte dño gl'am nomini ei⁹. Attollite hostias ꝛ introite in atria ei⁹ adorate dñm in atrio scõ ei⁹. Cõmoueatur a facie eius uniuersa terra: dicite in gentib⁹ quia dñs regnauit. Et enim correxit orbem terre: qui nõ cõmouebitur: iudicabit

populos in equitate. Letentur celi et exultet terra: cōmoueatur mare et plenitudo eius: gaudebunt cāpi et omnia que in eis sūt. Tunc exultabūt omnia ligna siluarū: a facie dn̄i quia uenit: q̄m uenit iudicare terram. Iudicabit orbem terre in equitate: et populos in ueritate sua. Gl'a. an. Gaude maria uirgo

cunctas hereses sola interem-
sti in universo mundo. a'Di-
gnare me laudare te. psalm'
Dominus regnauit
exultet terra: leten-
tur insule multe. Nubes
⁊ caligo in circuitu ei': iu-
stitia et iudicium correp-
tio sedis eius. Ignis an-
te ipsum precedet: ⁊ inflā-
mabit in circuitu inimi-
cos eius. Alluxerūt ful-

gura eius orbi terre: ui
dit et cõmota est terra.
Montes sicut cera fluxe-
runt a facie dñi: a facie
dñi omnis terra. Annũ-
tiauerũt celi iustitiã ei⁹:
et uiderunt oĩs populi
glãm ei⁹. Confundantũ
oĩs qui adorãt sculpti-
lia: et qui gloriantur in
simulacris suis. Adora-
te eum oĩs angeli eius:

audiuit ⁊ letata est syon.
Et exultauerũt filie iu-
de: pp iudicia tua dñe.
Qm̃ tu dñs altissimus
super omnẽ terrã: nimis
exaltatus es super om̃s
deos. Qui diligitis dñz
odite malũ: custodit dñs
animas scõꝝ suorum de
manu peccatoris libera-
uit eos. Lux orta est iu-
sto: et rectis corde letitia.

Letamini iusti in dño: et confitemini memorie scificationis ei⁹. Gl'a. a⁹ Dignare me laudare te uirgo sacrata. Da m̄ uirtutem cōtra hostes tuos. a⁹ Post partū. ps.

Cantate dño canticum nouum: quia mirabilia fecit. Saluauit sibi dextera eius: et brachium scm ei⁹. Notum fecit dñs salutare suum: in cō

. spe .

spectu gentium reuelauit
iustitiam suã. Recordatus
est misericordie sue ⁊ ueri-
tatis sue: domui israel. Vi-
derunt omnes termini ter-
re salutare dei nr̃i. Iubi-
late deo omnis terra: can-
tate ⁊ exultate et psallite.
Psallite dño in cythara:
in cythara ⁊ uoce psalmi:
in tubis duc tilibus ⁊
uoce tube cornee. ubi-

late in conspectu regis ꝛ
domino: moueatur mare
⁊ plenitudo eius: orbis ter-
rarum et qui habitant i
eo. Flumina plaudent
manu simul montes exul-
tabunt a conspectu dñi:
qm̃ uenit iudicare terrã.
Iudicabit orbem terrarum
in iustitia: et populos in
equitate. Gl'a. Aña. Post pã-
tum uirgo inuiolata permã-

sisti: dei genitrix intercede pro
nob*is*. V. Diffusa ẽ gratia in la-
bijs tuis. R. Propterea bene-
dixit te deus in eternũ. Sa-
bato ante aduentũ ita
ita fit officium scẽ marie.
Ad uespas. ãn. Missus est
angelus gabriel. cum reli-
quis psalmi consueti. Capl'm.
Egredietur uirga
de radice hyesse: 7
flos de radice eius ascen-

det: et requiescet sup eu͛
spiritus dñi. ℟. Deo grãs.
Hymi et versus ut supra.
Ad mag. an. Spiritus scs
in te descendet maria ne timeas
habebis in utero filium dei alla.
Deus qui de beate ma
marie virginis ute-
ro verbum tuũ angelo nũ-
tiante carnem suscipere
voluisti presta supplicibꝫ
tuis: ut qui vere eam ge-

nitricem dei credimus: eius
apud te intercessionibus
adiuuemur. Per eundem
xpm dnm nrm. R. Amen.
a' ps' actis. Ecce dns ueniet
et oms sancti eius cum eo: et
erit in die illa lux magna. all'a.
V. Ecce apparebit dns super
nubem candidam. R. Et cum
eo scorum milia. Oremus.
Conscientias nras
qs dne uisitando

purifica: ut ueniens yh̄s
xp̄s filius tuus dn̄s noster
cum omnibꝫ sc̄is: paratā
sibi in nobꝫ inueniat mā-
sionem. Qui tecū uiuit
et regnat in unitate sp̄s
sc̄i deus: Per omnia se-
cula seculorum. R. Amen.
Supradicte oratione ane
et uersus predicto mō di-
cuntū per om̄s horas. Ad
noctūnū iuitatoriū ane

psalmi ⁊ v̄ nõ mutãt' us-
q3 ad lectões: preter aña
noni ps̄. 8. Post partuz
uirgo. loco cui' dicitur hec
aña. Angelus dñi nũti-
auit marie. Et concepit
de spiritu scõ. all'a. lec. p̄ma.

Missus est angelus
gabriel a deo in ci-
uitatem galilee: cui nom̄
naçaret: ad uirginem de-
sponsatam uiro: cui no-

men erat ioseph de domo
dauid: et nomen uirginis
maria: et ingressus ange-
lus ad eam dixit. Aue gra-
tia plena dn̄s tecum: bene-
dicta tu in mulierib9. Tu
autem dn̄e miserere nob9.
℞. Deo gr̄as. ℞. Missus est
gabriel angelus ad mariā uirgi-
nem desponsatam ioseph nūciās
ei uerbum: et expauescit uirgo
de lumine. Ne timeas maria i-

uenisti gratiā apud dn̄m. Ecce
concipies ⁊ paries: et uocabitū
altissimi filius. V. Dabit ei dn̄s
deus sedem dauid patris eius
⁊ regnabit in domo iacob in
eternū. Ecce concipies. lec. ij.
Que cum audisset ⁊
turbata est in sermo-
ne eius: ⁊ cogitabat qua-
lis esset ista salutatio. Et
ait angelus ei: ne timeas
maria: inuenisti gratiam

apud dñm. Ecce concipi-
es ꝛ paries filium: et uoca-
bitur nomen eius yh̄m.
Hic erit magnus: et fili⁹
altissimi uocabitur. Et
dabit illi dñs deus sedem
dauid patris eius: ꝛ regna-
bit in domo iacob in etẽ-
num: ꝛ regni ei⁹ non erit
finis. Tu aũt. ℟. Aue ma-
ria gratia plena dñs tecum.
Spiritus scs superueniet

in te: ⁊ uirtus altissimi obum-
brabit tibi. Quod enim ex te
nascetur scm uocabitur fili⁹
dei. ℣. Quomodo fiet istud
qm̄ uirum nō cognosco: ⁊ re-
spondens angelus dixit ei.
Sps scs. ℣. Jube dompne
bn̄dicere. ℟. Per uirginē ma-
trem concedat nobꝫ dn̄s salu-
tem ⁊ pacem. ℟. Amen. lec. iij.
Dixit autem maria
ad angelum: quo-

modo fiet istud q̄m uirū
non cognosco. Et respon-
dens angelus dixit ei: sp̄s
sc̄s super ueniet in te: ⁊ uir-
tus altissimi obumbrabit
tibi. Ideoqꝫ ⁊ quod nasce-
tur ex te sc̄m: uocabitur fi-
lius dei. Et ecce helysabeth
cognata tua: et ipsa conce-
pit filium in senectute tua:
Et hic mensis est sextus il-
li: que uocatur sterilis: q̄a nō erit

impossibile est apud deū
omne uerbum. Dixit autē
maria. Ecce ancilla dñi:
fiat m̄ secundum uerbū
tuum. Tu aūt. R. Suscipe
uerbum uirgo maria qđ tibi
a dño per angelum transmissū
est: concipies deum pariter et
hominē. Ut benedcā dicaris
inter oīs mulieres. V. Paries
quidem filium ⁊ uirginitatis
non patieris detrimentū: effi-

cieris grauida et eris mater
semper intacta. Ut benedcã
℣. Gl'a pr̃i et filio ⁊ sp̃ui scõ.
Ut benedcã dicaris. Ad
laudes ⁊ per horas añ.
Missus est gabriel angelus
ad mariã uirginẽ desponsatã
ioseph. ps. Dñs regnauit.
cum reliquis. an. Aue maria
gratia plena dñs tecum be-
nedcã tu in mulierib9. allã.
an. Ne timeas maria inue-

nisti grãm apud dñm: ecce cõ-
cipies et paries filium. all'a.
a: Dabit ei dñs sedem dauid
patris eius: et regnabit in etẽ-
num. a: Ecce ancilla dñi fiat
m̃ secundũ uerbum tuũ. Captl'.
Egredietur uirga: Hymni
añe ps et v̇ dñr per om̃s
horas sicut ante aduẽtũ
preter uersiculos none
et completorij. Ad be-
nedictus antiphona.

Spiritus scs. orões ut su-
pra. Ad primã capitulũ.
Ecce uirgo concipi-
et ⁊ pariet filium:
⁊ uocabitur nomen ei' he-
manuel: butyrum ⁊ mel co-
medet ut sciat reprobare
malum ⁊ eligere bonum.
Ad tertiam capitulum.
Egredietur uirga.
Ad sextam capitulum.
Dabit ei dñs sedem da-

uid patris eius: et regnabit
in domo iacob in eternum:
et regni eius nō erit finis.
Ad nonam capitulum.
Ecce uirgo concipiet. V.
Angelus dñi nuntiauit marie.
R. Et concepit de spu sancto.
Ad uespas. a'. Missus est.
cum reliquis capitulum.
Egredietur uirga. et cetera ut
supra in aliis uesperis.
Ad completorium.

Capitulum. Ecce uirgo.
℣. Angelus dñi nuntiauit ma-
rie. ℟. Et concepit de spu scō.
Ad nūc dimittis antipħa.
Spiritus scs. ¶ Notandū
qd a prima die post octaꝫ
natis dñi usqꝫ ad purifi
catōem fit officium btē
uirginis sicut ante aduē-
tum. excepto qd ad om-
nes horas dicitur oratio.
Oremꝰ. Deus qui salutis

eterne. Additis oratioib9
de aplis. sicut scriptum
est in officio ante aduē-
tum. Item ad laudes
et per horas et ad uespe-
ras dñr. añe sequentes.
O admirabile comertium cre-
ator generis humani anima-
tum corpus sumens de uirgi-
ne nasci dignatus est: et proce-
dens homo sine semine lar-
gitus est nob9 suá deitatem.

A. Quando natus es ineffabili-
ter ex uirgine tunc implete sũt
scripture: sicut pluuia in uellus
descendisti ut saluũ faceres ge-
nus humanũ: te laudamꝰ deus
nr̄. A. Rubum quẽ uiderat moy-
ses incombustum cõseruatam
agnouimꝰ tuã laudabilem uir-
ginitatem: dei genitrix interce-
de pro nobis. A. Germinauit
radix yesse: orta est stella ex
iacob: uirgo peperit saluatorẽ:

. te .

te laudamus deus iñ. antipha.
Ecce maria genuit nobis salua-
torem: quem ioánes videns ex-
clamauit dicens: ecce agnus
dei ecce qui tollit peccata mũdi
alleluya. ad bñdictus. añ.
Mirabile mysteriũ declaratur
hodie innouantur nature de⁹
homo factus est id qd̃ erat p̄
mansit ⁊ qd̃ non erat assump-
sit nõ cõmistionem passus ne-
q3 diuisionem. ad magt̃ ⁊

nūc di. a. Magnum heredi-
tatis mysteriū templū dei fac-
tum est uterus nesciens uirū
nō est pollutus ex ea carnē as-
sūmens: oīs gentes uenient
dicentes glā tibi dn̄e. Sci-
endum qđ ab octā pasce
usqꝫ ad ascensionē fit of-
ficiū btē marie sicut ante
aduentū. Excepto qđ ad
bndc̄s ⁊ magnificat et
nūc dimittis dicitur hec

antiphona: Regina celi leta-
re alleluya: quia quē meruisti
portare alleluya: resurrexit si-
cut dixit alleluya: ora pro no-
bis deum alleluya.

Explicit officium bt̄e ma-
rie virginis sm̄ consuetu-
dinem romane curie.

Incipiunt septem psal-
mi penitentiales sub aña.
Ne reminiscaris. Psalmus.



Domine
ne in furo
re tuo ar
guas me:
neq3 i ira
tua corripias me. Miserere
mei dñe qm infirmus sum
sana me dñe: qm conturba
ta sunt ossa mea Et anima
mea turbata est ualde: ⁊ tu
dñe usq3 quo. Conuerte
re dñe ⁊ eripe animã meã:



saluū me fac pp misericor-
diam tuam. Qm̄ non est
in morte qui memor sit ⁊
tui: in īferno autem quis
confitebitur tibi. Labo-
raui in gemitu meo: laua-
bo per singulas noctes lec-
tū meum: lacrimis meis
stratū meū rigabo. Turba-
tus est a furore oculus me⁹
inueteraui inter omnes ⁊
inimicos meos. Discedite

a me omnes qui operami-
ni iniquitatem: q̄m exau-
diuit dn̄s uocem fletus ꝛ
mei. Exaudiuit dn̄s de-
precationē meam: dn̄s ora-
tionē meā suscepit. Eru-
bescant ⁊ conturbentur
uehementer omnes inimi-
ci mei: conuertātur et eru-
bescant ualde uelociter. Aña.
Beati quorū remisse
sunt iniquitates:

et quorum tecta sunt pecca-
ta. Beatus uir cui nō im-
putabit dn̄s peccatum: nec
est in spiritu eiꝰ dolus. Qm̄
tacui inueterauerūt ossa
mea: dum clamarē tota die.
Qm̄ die ac nocte grauata ē
super me manus tua: cōuer-
sus sum in erūna mea dū
confringitur spina. Delic-
tū meū cognitum tibi feci:
et iniustitiā meā non ab-

scondi. Dixi confitebor
aduersum me iniustitiã
meã dño: et tu remisisti im
pietatem peccati mei. Pro
hac orabit ad te omnis
sanctus: in tempore opor-
tuno. Veruntamen in di-
luuio aquarũ multarũ: ad
eum nõ approximabunt.
Tu es refugium meũ a tri-
bulatione que circũdedit
me: exultatio mea erue me

a circundantibꝰ me. In-
tellectum tibi dabo ⁊ in-
struam te in uia hac qua
gradieris firmabo super
te oculos meos. Nolite
fieri sicut equus ⁊ mulus:
quibꝰ non est intellectus.
In chamo ⁊ freno maxil-
las eorum constringe: qui
non approximãt ad te. i
Multa flagella peccato-
ris: sperantes autem i dño

misericordia circumdabit.
Letamini in dño et exul-
tate iusti: et gloriamini
omnes recti corde. Gl'a. ps.
Domine ne in furo-
re tuo arguas me:
neq3 in ira tua corripias
me. Qm̄ sagicte tue infi-
xe sunt m̄: ⁊ confirmasti
super me manū tuā. Non
est sanitas in carne mea
a facie ire tue: non ē pax

ossibus meis a facie peccato-
rũ meorũ. Qm̃ iniquitates
mee supergresse sunt caput
meũ: ⁊ sicut onus graue gra-
uate sunt super me. Putru-
erunt ⁊ corrupte sunt cica-
trices mee: a facie insipien-
tie mee. Miser factus sum
⁊ curuatus sum usq; in fi-
nem: tota die contristatus
ingrediebar. Qm̃ lumbi
mei impleti sunt illusionibus:

et non est sanitas in carne
mea. Afflictus sum ⁊ hu-
miliatus sum nimis: rugie-
bam a gemitu cordis mei.
Dñe ante te omne deside-
riũ meũ: et gemitus meus
a te non est absconditus.
Cor meũ conturbatum ē
i me: dereliquit me uirtus
mea et lumen oculoꝝ me-
orum: ⁊ ipsum non ē mecũ.
Amici mei ⁊ proximi mei

aduersū me appropinqua-
uerunt et steterunt. Et q
iuxta me erant delonge
steterunt: ⁊ uim faciebant
qui querebant animā me-
am. Et qui inquirebant
mala m̄ locuti sunt uani-
tates: et dolos tota die me-
ditabantur. Ego autem
tanquā surdus non audie-
bam: et sicut mutus non
aperiens os suum. Et fac-

tus sum sicut homo non
audiens: ⁊ non habens in
ore suo redargutionē. Qm̄
in te dn̄e speraui: tu exau-
dies me dn̄e deus meus.
Quia dixi nequando [sup] gau-
deant michi inimici mei
⁊ dum cōmouentur pedes
mei super me: magna lo-
cuti sunt. Qm̄ ego in fla-
gella paratus sum: ⁊ dolor
meus in conspectu meo sēp.

Quoniam iniquitatem meam annuntiabo: et cogitabo pro peccato meo. Inimici autem mei vivunt et confirmati sunt super me: et multiplicati sunt qui oderunt me inique. Qui retribuunt mala pro bonis detrahebant mihi: quoniam sequebar bonitatem. Ne derelinquas me domine deus meus: ne discesseris a me. Intende in adiutorium meum: domine

deus salutis mee. Glã. ps.

Miserere mei deus: secundũ magnã misericordiam tuam. Et secũdũ multitudinẽ miserationum tuarũ: dele iniquitatẽ meam. Amplius lava me ab iniquitate mea: et a peccato meo munda me. Qm̃ iniquitatẽ meã ego cognosco: et peccatũ meum contra me est semp. Tibi

soli peccaui ⁊ malū coram
te feci ut iustificeris i ser-
monibꝫ tuis: ⁊ uincas cū
iudicaris Ecce enim in
iniquitatibꝫ conceptus
sum: et in peccatis conce-
pit me mater mea Ecce
enim ueritatem dilexisti:
incerta et occulta sapien-
tie manifestasti mi Ecce
enim ueritatem dilexisti:
incerta et occulta sapien-

tie tue manifestasti michi.
Asperges me hysopo et mũ-
dabor: lauabis me et super
niuem dealbabor. Auditui
meo dabis gaudium et le-
ticiam: et exultabunt ossa
humiliata. Auerte faciẽ
tuam a peccatis meis: et õ-
nes iniquitates meas de-
le. Cor mundũ crea i me
deus: et spiritum rectũ ino-
ua in uisceribꝫ meis. Re

proicias me a facie tua: et
spiritum scm tuum ne au-
feras a me. Redde michi leti-
am salutaris tui: et spiritu
principali confirma me. Do-
cebo iniquos vias tuas: et
impii ad te conuertentur.
Libera me de sanguinibus
deus deus salutis mee: et
exaltabit lingua mea iusti-
tiam tuam. Domine labia mea
aperies: et os meum annuntia-

.bit.

bit laudem tuam. Qm̄ si
uoluisses sacrificium dedis-
sem: utiqꝫ holocaustis non
delectaberis. Sacrificium
deo spiritus contribulatus:
cor contritum ⁊ humiliatū
deus nō despicies. Beni-
gne fac in bona uoluntate
tua syon: ut edificentū mu
ri ierusalem. Tunc accep-
tabis sacrificium iustitie
oblationes ⁊ holocausta

tunc imponent super altare
tuum uitulos. Gl(ori)a. ps.

Domine exaudi ora-
tionem meam: et cla-
mor meus ad te ueniat.
Non auertas faciem tuam
a me: in quacunque die tri-
bulor inclina ad me aurem
tuam. In quacunque die
inuocauero te: uelociter
exaudi me. Quia defece-
runt sicut fumus dies m(ei)

mei: ⁊ ossa mea sicut cremi-
um aruerunt. Percussus
sum ut fenum ⁊ aruit cor
meũ: quia oblitus sum cõ-
medere panẽ meũ. A uo-
ce gemitus mei: adhesit
os meũ carni mee. Simi-
lis factus sum pelicano
solitudinis: ⁊ factus sum
sicut nocticorax in domi-
cilio. Vigilaui ⁊ factus
sum sicut passer solitariꝰ

in tecto. Tota die expro-
prabant m̄ inimici mei: ⁊
qui laudabant me aduer-
sū me iurabant. Quia ci-
nerem tanq̄ panē mādu-
cabam: ⁊ poculū meū cum
fletu miscebā. A facie ire
indignationis tue: quia
eleuans allixisti me. Dies
mei sicut umbra declinaue-
runt: ⁊ ego sicut fenū arui.
Tu autem dn̄e in eternū

permanes: ⁊ memoriale tu-
um in generatione ⁊ gene-
rationem. Tu exurgens
misereberis syon: quia tē-
pus miserendi ei⁹: quia ve-
nit tempus. Qm̄ placue-
runt servis tuis lapides ei⁹:
⁊ terre eius miserebuntur.
Et timebunt gentes no-
men tuum dñe: ⁊ oīns re-
ges terre glām tuā. Quia
edificavit dñs syon: ⁊ vi-

debitur in glá sua. Respe-
xit in orationem humiliú:
⁊ non spreuit preces eoꝝ.
Scribantur hec in gene-
ratione altera: ⁊ populus
qui creabitur laudabit
dñm. Quia prospexit de
excelso sancto suo: dñs de
celo in terram aspexit. Ut
audiret gemitus compe-
ditorum: ut solueret fili-
os interéptorum. Ut an-

nuntiet in ſyon nomen
dñi: et laudem eius in ie-
ruſalem. In cõueniendo
populos in unum: ⁊ reges
ut ſeruiant dño. Reſpon-
dit ei in uia uirtutis ſue:
paucitatem dierũ meorũ
nuntia m̃. Ne reuoces me
in dimidio dierũ meorũ:
in generatione ⁊ generati-
onem anni tui. Initio tu
dñe terram fundaſti: ⁊ opa

manuū tuarum sunt celi.
Ipsi peribunt tu autem ꝑ=
manes: ⁊ omnes sicut ue=
stimentū ueterascent. Et
sicut opertoriū mutabis
eos ⁊ mutabuntur: tu au=
tem idem ipse es: ⁊ anni tui
non deficient. Filij seruo=
rum tuorū habitabūt: et
semen eorum in seculū di=
rigetur. Gloria patri ⁊ fi=
lio: et spiritui ⁊c. psalm⁹

De profundis cla-
maui ad te domi-
ne: dñe exaudi uocẽ meã.
Fiant aures tue intẽden-
tes: in uocem deprecationis
mee. Si iniquitates obser-
uaueris dñe: dñe quis su-
stinebit. Quia apud te p-
pitiatio est: et pp legem tu-
am sustinui te dñe. Susti-
nuit anima mea in uerbo
eius: sperauit anima mea

in dño. A custodia matu-
tina usq; ad noctem: speret
israel in dño. Quia apud
dñm misericordia: et copi-
osa apud eum redemptio.
Et ipse redimet israel: ex
omnibus iniquitatibus
eius. Gloria. psalmus.
Domine exaudi ora-
tionē meā: auribus
percipe obsecrationem
meā: in ueritate tua exau-

di me in tua iustitia. Et
non intres in iudiciũ cum
seruo tuo: quia nõ iustifi-
cabitur in conspectu tuo
omnis uiuens. Quia ꝑse-
cutus est inimicus animã
meã: humiliauit in terra
uitã meã. Collocauit me
in obscuris sicut mortuos
seculi: anxiatus est super
me spiritus meus: in me
turbatum est cor meũ. Me-

mor fui dierum antiquo-
rũ: meditatus sum in õni-
bus operibus tuis: ⁊ i fac-
tis manuũ tuarũ medita-
bor. Expandi manus me-
as ad te: anima mea sicut
terra sine aqua tibi. Velo-
citer exaudi me dñe: defe-
cit spiritus meus. Non-
auertas faciem tuã a me:
⁊ similis ero descendentibꝫ
in lacum. Auditam fac

michi mane misericordiā
tuam: quia in te speraui.
Notam fac m̄ uiam in qua
ambulem: quia ad te leua-
ui animā meā Eripe me
de inimicis meis dn̄e ad te
confugi: doce me facere uo-
luntatem tuā: quia deus
meus es tu Spiritus tuus
bonus deducet me in terrā
rectam: pp nomen tuū dn̄e
uiuificabis me in equita-

te tua. Educes de tribu-
latione animã meã: & mi-
sericordia tua disperdes
inimicos meos. Et p̱des
omnes qui tribulãt ani-
mã meã: qm̃ ego seruus
tuus sum. Gl̃a. ẍ. Ne
reminiscaris dñe delicta nr̃a
uel parentũ nr̃orum: neq3 ui-
dictam sũmas de peccatis nr̃is.
Kyrieleison. Xp̃e
leison. Xp̃e audi

nos. Xpe exaudi nos.
Pater de celis deus: mise
rere nobis. Fili redemptor
mundi deus: miserere no
bis. Spiritus sancte deus:
miserere nobis. Sancta trini
tas unus deus: miserere
nobis.

Sancta maria: ora pro nobis.
Sancta dei genitrix. Ora.
Sancta virgo virginum. Ora.
Sancte michael. Ora.

Sce gabriel. or.
Sce raphael or.
Omnes sci angeli et archan-
geli: orate pro nobis.
Oms sci beatorum spiritu-
um ordines. orat.
Sce ioannes baptista. or.
Oms sci patriarce et pphe-
te: orate pro nobis.
Sce petre or.
Sce paule or.
Sce andrea or.

Sce iacobe or.
Sce ioannes or.
Sce thoma or.
Sce iacobe or.
Sce philippe or.
Sce bartholomee or.
Sce mathee or.
Sce symon or.
Sce thaddee or.
Sce mathia or.
Sce barnaba or.
Sce luca or.

Sce marce or.
Oms sci apostoli et euan-
geliste: orate pro nob.
Oms sci discipuli dni: orat.
Oms sci innocentes: orat.
Sce stephane or.
Sce laurenti or.
Sce uincenti. or.
Sce fabiane or.
Sce sebastiane or
Sci ioannes et paule: orat
Sci cosma et damiane: orat

Sci geruasi ⁊ prothasi: oīt.
Oms sancti martyres: oīt.
Scē siluester. or.
Scē gregori or.
Scē martine or.
Scē augustine or.
Scē ambrosi or.
Scē hieronyme or.
Scē nicholae or.
Oms sancti pontifices ⁊
confessores: orate pro nobis.
Oms sci doctores. oīt.

Scē benedicte or.
Scē francisce or.
Scē dominice or.
Scē antoni or.
Oms sci monachi et here-
mite: orate pro nobis.
Oms sci sacerdotes et le-
uite: orat.
Sca maria magdalena. or.
Scā lucia or.
Scā cecilia or.
Scā agatha or.

Sca catharina or.
Sca clara or.
Sca helisabeth or.
Oms sce uirgines et uidue. orat.
Oms sci et sce dei: interce-
dite pro nobis.
Propitius esto: parce no-
bis domine.
Propitius esto: exaudi
nos dne. dne.
Ab omni malo: libera nos
Ab omni peccato: lib.

Ab ira tua: lib.
A furore tuo. lib.
A subitanea ⁊ impreuisa morte. libe.
Ab insidijs diaboli. lib.
Ab ira et odio et omni mala uoluntate. lib.
A spiritu fornicationis: li.
A fulgure et tempestate. li.
A morte perpetua. lib.
Per mysteriū sc̄e incarnationis tue: lib.

Per aduentū tuum: lib̄.
Per natiuitatē tuā: lib̄.
Per baptismū ⁊ scm̄ ieiu-
nium tuū. lib̄.
Per crucem ⁊ passionem
tuam: lib̄.
Per mortē ⁊ sepulturam
tuam: lib̄.
Per scām resurrectionē
tuam: lib̄.
Per admirabilem ascen-
sionem tuam: lib̄.

Peraduentum spiritus
sancti paracli. lib.
In die iudicij. lib.
Peccatores: te rogamus
audi nos.
Ut nobis parcas: t' ro.
Ut nobis indulgeas: t' ro
Ut ad ueram penitentiá
nos perducere digneris. t'.
Ut ecclesiam tuam scám
regere ⁊ conseruare digne
ris: t' ro.

Vt dompnū apostolicū
et oīns ecclesiasticos ordi=
nes in scā religione cōser
uare digneris. t́ ro.
Vt inimicos scē ecclesie
humiliare digneris. t́ ro.
Vt regibus et principib;
xpianis pacem et ueram
concordiam donare digne=
ris. t́ ro.
Vt nosmet ipsos in tuo scō
seruitio confortare ⁊ cō=

seruare digneris. te ro.
Ut mentes nr̃as ad cele-
stia desideria erigas: te ro.
Ut omnibus benefacto-
ribus nostris sempiter-
na bona retribuas. te ro.
Ut animas nr̃as fratrũ
propinquorũ et benefac-
torum nr̃orum ab eterna
dãnatione eripias. te ro.
Ut fructus terre dare, et
conseruare digneris. te ro.

Ut omnibus fidelibꝫ de-
functis requiem eternā
donare digneris. t'ro.
Ut nos exaudire digne-
ris: t. ro.
Fili dei: te rogamus au-
di nos. Agnus dei qui
tollis peccata mundi: par-
ce nobis domine.
Agnus dei qui tollis pec-
cata mundi: exaudi nos
dn̄e. Agnus dei qui tol-

lis peccata mundi: miserē
nobis. X p̄e audi nos.
X p̄e exaudi nos. Kyrie
leison. X p̄eleison. Kyrie
leison. Oĩo: Pater noster. ℣.
Et ne nos inducas in tētatio-
nem. ℟. Sed libera nos a malo.
DEus in adiutoriū
meum intende: do-
mine ad adiuuandū me
festina. Confundantur
et reuereantur: qui q̄runt

animā meā. Auertantur
retrorsum ⁊ erubescāt: q
uolunt m̄ mala. Auertā-
tur statim erubescentes:
qui dicunt m̄ euge euge.
Exultent ⁊ letentur in te
omnes qui querunt te: ⁊
dicant semꝑ magnificetū
dn̄s qui diligunt saluta-
re tuum. Ego uero egenꝰ
et pauper sum: deus adiu-
ua me. Adiutor meuꝰ et

liberator meus es tu: dñe
ne moreris Gła patri.
℣. Saluos fac seruos tuos et
ancillas tuas. ℟. Deus meus
sperantes in te. ℣. Esto nobis
dñe turris fortitudinis. ℟.
A facie inimici. ℣. Nichil pro-
ficiat inimicus in nobis. ℟.
Et filius iniquitatis nõ ap-
ponat nocere nobis. ℣. Dñe
non secundũ peccata nr̃a faci-
as nobis. ℟. Neqꝫ secundum

iniquitates nr̃as retribuas no-
bis. ℣. Oremus pro pontifice
nr̃o. ℟. Dn̄s conseruet eum et
viuificet eum ⁊ beatū faciat
eum in terra: et non tradat eū
in animā inimicorꝝ eius. ℣.
Oremus pro benefactoribus
nr̃is. ℟. Retribuere dignare
omnibus nobꝭ bona faciētibꝭ
ꝑ nomen scm̄ tuum vitā eter-
nam. ℣. Oremus pro fidelibꝭ
defunctis. ℟. Requiem etiaꝫ

dona eis dn̄e: ⁊ lux perpetua luce-
at eis. ℣. Requiescant in pace.
℟. Amen. ℣. Pro fratribꝫ nr̄is ab-
sentibus. ℟. Saluos fac seruos
tuos deus meus sperantes in te.
℣. Mitte eis dn̄e auxilium de
scō. ℟. Et de syon tuere eos. ℣.
Dn̄e exaudi orationē meā. ℟.
Et clamor meus ad te ueniat.
DEus cui pro- Orez.
prium est misereri
semper ⁊ parcere suscipe de-

precationem nr̄am: et nos
⁊ omnes famulos tuos i
quos delictorum cathena
constringit miseratio tue
pietatis absoluat. oratio.
Exaudi q̄s dn̄e sup
plicum preces ⁊ cō
fitentium tibi parce pecca
tis: ut pariter indulgen
tiam nobis tribuas beni
gnus ⁊ pacem. alia orō.
Ineffabilem nobis

domine misericordiam tuam
clementer ostende: ut simul
nos ⁊ a peccatis omnibus
exuas: et a penis quas pro
his meremur eripias.

Deus qui culpa of-
fenderis penitentia
placaris preces populi tui
supplicantis propitius re-
spice: ⁊ flagella tue iracun-
die que pro peccatis nostris
meremur auerte.

Omnipotens sempi-
terne deus misere-
re famulo tuo pontifici
nostro: et dirige eum secundum
tuam clementiam in viam
salutis eterne: ut te donan-
te tibi placita cupiat et
tota virtute proficiat.
Deus a quo sancta de-
sideria recta consi-
lia et iusta sunt opera: da
servis tuis illam quam

mundus dare nō potest
pacem: ut ⁊ corda nr̄a mā
datis tuis dedita ⁊ hostiū
sublata formidine tempo
ra sint tua protectione
tranquilla. alia oratio

Ure igne sc̄i spiritꝰ
renes nr̄os ⁊ cor no
strum dn̄e: ut tibi casto
corpore seruiamꝰ ⁊ mūdo
corde placeamus. Oratō.

Fidelium deus omni

um conditor et redemptor animabus famulorum famularumque tuarum remissionem cunctorum tribue peccatorum ut indulgentiam quam semper optauerunt: piis supplicationibus consequantur. Alia oratio.

Actiones nostras quesumus domine aspirando preuem et adiuuando prosequere: ut cuncta nostra

oratio et operatio a te semper
incipiat: et per te cepta fi-
niatur. Oratio.

Omnipotens sempi-
terne deus qui uiuo-
rum dominaris simul et mor-
tuorum omniumque misere-
ris quos tuos fide et opere
futuros esse prenoscis te
supplices exoramus: ut
pro quibus effundere pre-
ces decreuimus: quosque uel

presens seculum adhuc
in carne retinet uel futu-
rum iam exutos corpore
suscepit intercedentibus
omnibus s̄cis tuis pieta-
tis tue clementia omniū
delictorum suorū ueniā
consequantur. Per dn̄m
nr̄m ih̄m xp̄m filiū tuū:
qui tecum uiuit ⁊ regnat
in unitate sp̄s sc̄i deus: p̄
omnia secula seculorum.

℟ Amen. ℣ Dñe exaudi orõez.
℟ Et clamor meᵘ. ℣ Exaudiat
nos omnipotẽs et misericors do-
minus. ℟ Amen. ℣ Et fidelium
anime per misericordiam dei re
quiescant in pace. ℟ Amen.

Incipit offiñ passionis
dñi nr̃i yhu xpi in quo õẽs
añe sicut in festo dupli
ci duplicantur: et de quo
libet psalmo dicuntur tã
tum quinque uersus me

. mo.

morando semp̄ quinque
uulnera crucifixi. ⁊ semp̄
in principio horarū dici
tur ad matutinū uersus.

Per signū crucis de inimicis
nr̄is. ℟ Libera nos ds̄ nr̄. ℣.



Domine la
bia mea
aperies ℟
Et os me
um annun
tiabit laudem tuā. ℣. Deus i

adiutoriū meū intende. ℞. Dñe
ad adiuuandū me festina. Glā
patri. Sicut erat. Alleluya.
Inuitator. Regem xp̄m cru-
cifixum: Venite adoremus.
ps. Venite exultemus.
In passione dñi hyn.
qua datur salus ho-
mini: sit nr̄m refrigeriū
⁊ cordis desiderium. Por-
temus i memoria fel pe-
nas ⁊ obprobria: xp̄i co-

ronam spineā crucez cla-
uos ⁊ lanceam. Et pla-
gas sacratissimas omni
laude dignissimas: acetū
fel arundinē mortis ama-
ritudinem. Hec omnia
nos satient ⁊ dulciter i-
nebrient: nos repleant
uirtutibꝰ ⁊ gloriosis fruc-
tibus. Re crucifixum co-
limus ⁊ toto corde posci-
mus: ut nos scõrum ceti-

bus coniungas in celesti-
bus. Laus honor xp̄o uē-
dito et sine causa prodito:
mortem passo pro populo
in aspero patibulo. R. Am.
An. O quam gloriosum est. ps.
Beatus uir qui nō
abijt in consilio i
piorum et in uia peccatorum
nō stetit: et in cathedra
pestilentie nō sedit. Sed
in lege dn̄i fuit uoluntas

ei⁹: ⁊ in lege eius meditabi
tur die ac nocte. Et erit
tanq̃ lignū qđ plantatū
est secus decursus aquar̃:
qđ fructū suum dabit in
tempore suo. Et foliū ei⁹
non defluet: ⁊ omnia q̄cū
q3 faciet prosperabuntur.
Non sic impii nō sic: sed
tanq̃ puluis quem proicit
uentus a facie terre. aña.
O quam gloriosum est crucis li

gnum: qd fructu nm dabit in
tempore suo. a. Astiterunt. ps.
Quare fremuerut ge-
tes: et populi medi-
tati sunt inania. Astite-
runt reges terre et princi-
pes conuenerunt in unu:
aduersus dnm et aduersus
xpm eius. Dirumpam
uincula eorum: et proicia-
mus a nobis iugu ipor.
Qui habitat in celis irri-

debit eos: ⁊ dñs subsan-
nabit eos. Tunc loque-
tur ad eos in ira: et in fu-
rore suo conturbabit eos.
a. Astiterunt reges terre: et
principes conuenerũt in unũ:
aduersus dñm et aduersus
xp̄m eius. a. Non timebo. p̄s.
Domine quid mul-
tiplicati sunt qui
tribulant me: multi in-
surgunt aduersum me.

Multi dicunt anime mee: non est salus ipsi in deo ei⁹. Tu autem dñe susceptor meus es: gloria mea ⁊ exaltans caput meũ. Uoce mea ad dñm clamaui: et exaudiuit me de monte scõ suo Ego dormiui et soporatus sum et exsurrexi: quia dñs suscepit me.

aã: Non timebo milia populi circumdantis me: quia tu dñe mecũ

es tanquam bellator fortis ℣. Me-
dia nocte clamor factus est. ℟.
Ecce xpus orat uenite occidamus
eum. Oratio. Pater noster. secreto.
℣. Et ne nos. ℟. Sed libera.
Absolutio. Jesu xpe nos exau-
di: qui pro nobis mortuus es. ℟.
Amen ℣. Jube domine benedicere
Benedictio. Benedicat nos xpus:
qui pro nobis est crucifixus ℟. Amen.
In illo tempore. Oratio lectio prima.
te yhu in orto/ ecce

unus de duodecim ⁊ cū
eo turba multa cum gla-
dijs ⁊ fustibꝰ et lanceis
et laternis: ut cōprehen-
derent yhm. Qui autem
tradidit illum dederat il-
lis signum dicens. Quē-
cunqꝫ osculatus fuero ipse
est. tenete eum. Et cōfe-
stim precedens osculatus
est eum. ⁊ dixit ei. Aue
rabi. Tu autem dn̄e mi-

ſerere nobꝯ. ℟. Deo grãs.
℟. Seniores populi conſiliũ
fecerunt ut yh̄m dolo tenerẽt
et occiderent: Et exierunt cũ
gladijs ⁊ fuſtibus tanq̄ ad
latronem ℣. Collegerunt põ-
tifices ⁊ phariſei concilium
ut yh̄m occiderent. Et exie-
runt. ℣. Jube dompne b̄ndi-
cere. b̄ndcõ. Per paſſionẽ
ſui filij det nobis pater gau-
dia celi. ℟. Amen. lec. ſa.

Tunc accesserunt
iudei ⁊ manus inie-
cerunt in yhm et tenuert
eum: ⁊ discipuli oms re-
licto eo fugerunt. At illi
ligantes yhm duxerunt
eum ad cayphan princi-
pem sacerdotum ubi scri-
be ⁊ pharisei conuenerat.
Et tunc uelantes eum
expuebant in faciem eius
⁊ colaphis eum cedebant.

Alij uero palmas in faciē
eius percutiebant dicentes.
Prophetiça nobis xp̄e quis
est qui te percussit. Tu aūt.
R. Tristis est anima mea usq;
ad mortē sustinete hic et uigilate
mecū: nunc turba multa ualla-
bit me: et uos fugam capietis.
et ego imolabor pro uobis. V.
Ecce appropinquabit hora: et
filius hominis tradetur ad cru-
cifigendum. Et uos. V. Iube dōp

ne benedicere. b̄ndictio.
Acerba xp̄i passio sit nr̄a libe-
ratio. ℟. Amen. lec. tertia.
Mane autem facto
milites presidis su-
scipientes ih̄m in preto-
rio congregauerunt ad
eum uniuersam cohortē.
Et exuente eum circūde-
derunt ei coccineā clami-
dem: et genuflexo ante eū
illudebant ei dicentes.

Aue rex iudeorum. Et sur-
gentes percutiebant arun-
dine caput eiꝰ et spuebāt
in faciem eius. Postq̈ au-
tem flagellauerunt eum
hora tertia: clamauerūt
aduersus eum dicentes:
ut crucifigeretur barabā
dimisso. Dum autē cruci-
figerent eum hora sexta
dabant ei bibere acetum
cum felle mixtū. In hora

autem nona clamauit yh̄s
uoce magna dicens. Con
sumatū est: ⁊ inclinato ca
pite emisit sp̄m. Tu aūt.
℟ Tenebre facte sunt dum cru-
cifixissent yh̄m iudei: ⁊ circa ho-
ram nonā exclamauit yh̄s uoce
magna dicens. Deus meus deus
meus ut quid dereliquisti me.
⁊ inclinato capite emisit spiritū.
Tunc unus ex militib; lancea
latus eius perforauit ⁊ cōtinuo

exiuit sanguis et aqua. ℣. Cum
ergo accepissent acetum felle
mixtum dixit. Consumatum est.
Tunc unus. ℣. Gloria patri et cetera.
Tunc unus. **Canticum.**
TE deum laudamus:
te dominum confitemur.
Te eternum patrem: om-
nis terra ueneratur. Tibi
omnes angeli: tibi celi et uni-
uerse potestates. Tibi che-
rubin et seraphin: incessa-

bili uoce proclamant. Scs.
Scs. Sanctus: dñs deus
sabaoth. Pleni sunt celi
et terra maiestatis glorie
tue. Te gloriosus apostolorum
chorus. Te prophetarum: lau-
dabilis numerus. Te mar-
tyrum candidatus: laudat
exercitus. Te per orbem
terrarum: sca confitetur
ecclesia. Patrem imense
maiestatis. Venerandum

tuum uerum: et unicū fi-
lium. Sc̄m quoqȝ paracli-
tum sp̄m. Tu rex gl'e xp̄e.
Tu patris sempiternus
es filius. Tu ad liberan-
dum suscepturus hominē
non horruisti uirginis ute-
rum. Tu deuicto mortis
aculeo: aperuisti credēti-
bus regna celorum. Tu
ad dexteram dei sedes: in
gloria patris. Iudex: cre-

deris esse venturus. Te
ergo quesumus tuis famu
lis subueni: quos pretio-
so sanguine redemisti.
Eterna fac cum sanctis tuis:
gloria numerari. Saluum
fac populum tuum domine: et
benedic hereditati tue.
Et rege eos et extolle illos
usque in eternum. Per sin-
gulos dies: benedicamus
te. Et laudamus nomen

tuum.

tuum in seculum: et i seculū
seculi. Dignare dn̄e die
isto: sine peccato nos custo
dire. Miserere nr̄i domine:
miserere nostri. Fiat mi
sericordia tua dn̄e sup
nos: quemadmodū spera
uimus in te. In te dn̄e
speraui: non confundar
in eternum. Ad laudes V̄.
Deus in adiutorium
meū intende. Dn̄e

ad adiuuandū me festina.
Gloria. Sicut erat. allīuya.
a. Attendite uniuersi ppli. ps.
Laudate dn̄m oīns
gentes: laudate eū
oīns populi. Q m cōfir
mata est super nos mise-
ricordia eius: et ueritas
dn̄i manet in eternū. Gl'a.
a. Attendite uniuersi ppli ⁊ ui-
dete ybm: quē uulneratū liga-
tum adorate laudantes eū in

excelsis. Capitulum.
Communicātes xp̄i
passionibus gau-
dete: ut in reuelatione ei⁹
glīe gaudeatis exultantes.
R̄. Deo grās. Hymnus.
Xp̄m ducem qui p̄
crucem redemit nos
ab hostib⁹: laudet cetus
noster letus exultet celū
laudibus. Pena fortis
tue mortis et sanguinis

effusio: nos dannatos red-
dat gratos yhu nr̃a redẽp-
tio. Per felices cicatrices
sputa flagella uerbera: no-
bis grata sint collata: etẽ-
na xp̄i munera. Nostrũ
tangat cor ut plangat:
tuorum sanguis uulnerũ.
in quo toti sum⁹ loti cõdi-
tor alme syderum. Passi-
onis tue donis saluator
nos inebria: qua fidelis

dare velis beata nob' gau-
dia. ℟. Amen. ℣. Ego sum fla-
gellatus tota die. ℟. Et castiga-
tio mea in matutinis. A. Tra-
dar ego. Canticũ çacharie.
Benedictus dñs de' israel.
D' totum. añ. Tradar ego
gentib' ad illudendũ et flagellã-
dum et crucifigendum: sed terti
die resurgam. Kyriel'. Xpel'. kyril'.
℣. Dñe exaudi. ℟. Et clamor.
Domine yhu xpe: Oro.

qui in hora matutinali post
effusionem sudoris sangui-
nei uallatus a turba pro
nobis te capi ligari ad iu-
dicem trahi percuti et con
spui permisisti tribue q(uesumu)s
ut tui amoris accensi et
flagellari et mori pro tui
nominis g(lori)a gaudeam(us).
Qui uiuis et regnas cum
deo patre in unitate sp(iritu)s
sci deus: p(er) omnia secula

seculorum. R. Amen. V. Bñe
exaudi. R. Et clamor. V. Bñ-
dicam9 dño. R. Deo grãs.

Ad p̃mā V. Psignū crucis.

Deus in adiutorium
meū 7c. all'a. Hym9.

Tu qui uelatus facie
fuisti sol iustitie: fle-
xis illusus genibꝰ cesus
quoqꝫ uerberibꝰ. Te peti-
mus attentius ut sis no-
bis propitius: et per tuā

clementiā perducas nos
ad glam. Laus honor xp̄o
uendito ⁊ sine causa pro
dito: mortē passo pro popu
lo in aspero patibulo. R.
Aīj. a': Cum ducerēt. psalz.
Iubilate deo omnis
terra: seruite dn̄o in
leticia. Introite in cōspec
tu eius: in exultatione. t
Scitote qm dn̄s ipse est
deus: ipse fecit nos ⁊ non

ipsi nos. Populus eius et
oves pascue eius: introite por-
tas eius in confessione: a-
tria eius in hymnis confitemi-
ni illi. Laudate nomen
eius quoniam suavis est dominus: in eter-
num misericordia eius: et usque
in generatione et generati-
onem veritas eius. Gloria. Ant.
Cum ducerent Jhesum ligatum blas-
phemabant eum et diluculo ve-
niebant et conspuebant in eum.

Xp̄s passus est hyn?
pro nobis nobꝫ re-
linquēs exemplum ut se-
quamini uestigia ei⁹. R.
Deo grās. V. Coiaphyza-
bant yh̄m facie uelatuȝ. R.
Et spoliabant eum uerberibꝫ
fatigatū. Kyriel. Xpel. kyriel.
V. Dn̄e exaudi. R. Et clamor.
Dn̄e yh̄u xp̄e Orem?
qui in hora diei pri-
ma pilato presidi presen-

tatus e
cens ac
facie u
uoratus
zatus
nobꝫ f
ne tua
stes u
am⁹ gl
uiuis.
R. Et cl
R. Deo

tatus et ab iniquis inno-
cens accusatus spoliatus
facie uelatus derisorie a-
doratus arundine uerbe-
ratus et colaphiçatus pro
nob) fuisti: qs ut passio-
ne tua ubiqꝫ armati et ho-
stes uincere et ad tuã uale-
am⁹ gl'am peruenire. Qui
uiuis. ℣. Domine exaudi.
℟. Et clamor. ℣. Bndicam⁹.
℟. Deo grãs.

Ad tertiaz. V. Per signū crucis.
Deus in adiutorium meū 7c̄. alla. Hym.
Hora qui ductus tertia fuisti ad supplicia grauem ferendo humeris crucem pro nob; miseris. Fac nos sic te diligere cāne mundū(que) uincere: ut mereamur requie frui celestis glīe. Laus honor 7c̄.
aña. Uide domine. psalm.

140

Ad te leuaui oculos meos: qui habitas in celis. Ecce sicut oculi seruorũ: in manib dñor suorũ. Sicut oculi ancille in manibus dñe sue: ita oculi nr̃i ad dñm deũ nr̃m donec misereatur nr̃i. Miserere nr̃i dñe miserere nr̃i: quia multũ repleti sumus despectione. Quia multũ repleta est anima nr̃a: ob

probrium abundantibꝫ
⁊ despectio sup̄bis. Orā.
a: Vide dn̄e ⁊ considera q̄a
sine causa flagellis cesus sū
⁊ ad mortē condēnatus sum.
Xp̄s formā ser- caplꝫ.
ui accipiens factus
est obediens usqꝫ ad mor-
tem: mortē autem crucis.
R. Deo grās. V. Adduxerūt
xp̄m coram pp̄lo deludenduꝫ.
R. Et condēnauerūt eum in

patibulo moriendū. Kyriel.
Xpel. kyriel. ℣. Dñe exaudi.
℟. Et clamor meus. Orem⁹.

Dñe yhu xpe: qui in hora diei tertia corā populo et pilato purpura indutus spinis coronat⁹ arundinē manu gestans illudendus presentatus fuisti: quiqꝫ spoliatus ad colūnam ligatus durissime flagellatus blasphe-

matus accusatus 7 cōden
natus ad mōtem crucē tuā
fractis iam humeris detu
listi: fac nos q̄s sic penitē
tie crucem portare: ut i ex
tremo iudicio p̄ te pium
iudicem eterne mortis sē
tentiā fugiam⁹. Qui uiuis.
℣. Dñe exaudi. ℟. Et clamor.
℣. Bndicam⁹ dño. ℟. Deo grās.
Ad sextam. ℣. Per signū
crucis de inimicis. uersus.

Deus in adiutorium me-
um. ꝛc. alla. Hym.
Crucem pro nobis su-
bijt ꝛ stans in alta
